



Philopseudes sive pro Des. Erasmo Roterodamo v.c. contra Dialogum famosum Anonymi cuiusdam, Declamatio

<https://hdl.handle.net/1874/432359>

see 5.

PHILOPSEVDES
SIVE
PRODES.
ERASMO ROTE-
RODAMO V.C. CONTRA
Dialogum famosum Anonymi
cuiusdam, Declamatio, Ioanne
Herold Acropolita Autore.

In Gymnasio BASILIENSI Procerum
iussu, et assensu publicè recitata.

In qua omnem Vitam DES. ERASMI RO-
TERODAMI, ut nusquam antea unquam à
quoquam absolutissimè descriptam, ac
tantum non delineatam inuenies.

BASILEAE.

SENATVI VRBIS
ET ARCHIGYMNASII IN
inlyta Ciuitate RAVRACORVM
BASILEA utrique amplissimo
tum etiam Rudolpho Frey, Fridol-
no Reyff, Henrico Ryhenero TR.
VV. ac Bonifacio Amorbachio,
Iurisconsulto, & Professori Acade-
miæ Patribus, Patronis, et Com-
patribus uenerandissimis,
Ioannes Herold Acropolita
BENE AGERE.



QVAM administra-
tionem P. C. uel Pla-
to, uel Magnus ille
Stagirites, à Magi-
stratu optimo, in foelicissima a-
liqua Republica exigerent, aut
obseruatam auerent eandem
uobis rebus omnibus antiquio-
rem

NVNCVPATORIA.

rem esse, quod nesciam, tantum
 abest, ut etiam remotissimas Vr
 beis, cum rebus publicis consul
 tum esse cupiāt, uos, uos inquā,
 Arbitros atq; Pacificatores accer
 sere uideamus. Ne interim dicā,
 quod quasi fato aliquo, Diuino
 ra ingenia quæq; in clytæ huius
 Urbis foelicitatem, semper præ
 sentia ipsorum illustrare cogan
 tur. Quam igitur pro DES. ERAS
 MO ROTERODAMO V. C.
 cōscripsimus Defensionem, cui
 dedicarem, nemo uisus est di
 gnior, q̄ cum uestra Amplitu
 dine, illi vv. cc. quorum synce
 ritati à uobis ipsis Archigymna
 sij concessa sunt gubernacula.
 Nec si quis penitius aut dedican

IOANNIS HEROLD

di, aut cōscribendi causas rima-
 ri uelit, harum ullam minus ido-
 neam sanè censuerit . Vt enim
 S. C . uestro nuper in E R A S-
 M V M nostrum, imò uestrum,
 ficto nomine diuulgatæ furiaë,
 summa omnium uestrũm indi-
 gnatione damnatæ sunt . sic Sci-
 tu Academiaë, hanc Defensionẽ
 publicè recitauimus . Præterea,
 qui ignoret, non puto esse homi-
 nem, Rempub. bene institutam
 ac liberam, ab omni æuo, huma-
 no corpori nobilissimo assimi-
 latam . in quo quantum mem-
 brum unumquodq;, pro altero
 sit sollicitũ, qui uis, modo amens
 non sit, haud sentire non potest.
 Hinc leges bonæ, bonorũ Ciuũ
 fa-

NVNCVPATORIA.

saluti tantū inuigilant, ut non so-
 lum uiuos honestatibus decora-
 rint sed mortuis, ne qua fieret in-
 iuria, religiosissimè sanxerunt
 adeò, ut etiam harum constitu-
 tionum imminutio, sepius Ty-
 rannorum expulsionè, regnorū
 euerfione, fortitudine bonorū
 acerbè uindicata sit. Ut autem
 nemo negat, ob Platonis & Ari-
 stotelis præstantiam, Græcorū,
 ac maximè Atheniensium digni-
 tatem, Romanis olim, ac Barba-
 ris omnibus magis uenerādam
 extitisse sic maiestatem Germa-
 niæ, & inclytę huius Urbis, DES.

ERASMI ROTERODAMI, ac Si-
 monis Grynei memoria, toto
 orbe mirum in modum clarere,

IOANNIS HEROLD

manifestum est. Maiestatem autem, uiolentis iniurijs appeti, id ipsum est, quod impunitatem apud Ciceronem mereri non uideatur. & Lege Iulia, sacrilegio proximum habetur, ac uel Mulieris indicium admittit. Ingratus igitur sim Patriæ, Reipub. huic foelicissimę inutilis sim, oportet, si quid aduersus gentem Germanam, contra Rempublicã hanc, dolo malo conscriptum aut editum mihi uideatur, obticuero. Apud Germanos ergo uos, qui inter præstantiores ob ab omni æuo retentã LIBERTATEM, numerari potestis, P. C. quæ in Germaniã falso effutiuntur conqueri apud uos Ciuem optimum, quem

NVNCVPATORIA.

quem etiam post mortem pessimus laceſsit, iure me defendere posse, non solum non dubito, sed planè persuasissimum mihi est, in hac caussa uel minimum uos celasse, piaculum fuisse. Iam cum Gymnasia undiq; florētissima clarioribus in Ciuitatibus constituta uideantur, ut Urbibus non desint, qui, cum nobiliora, ut fit, inuidiæ ictibus peti uideant, qua prudentia hi ictus declinandi, alios instruere, uel proprio ingenij acumine in auctores sceleris eos retorquere possint, aut dedicandi munus me egregiè obseruasse, aut secus quæ res postulat, me non fecisse, facile apparebit. Siquidē morū pro

IOANNIS HEROLD

tatem, docendi peritiam, facundiam dicendi, subtilitatem interpretandi, ac copiã differēdi quę omnia Valentinianus A. admodum probat, honoribus iubet persequi, dignitatibus decorari in DES. ERASMO, iudicio Professorum in hac inçlyta Vrbe docentium, olim approbata fuisse constat. nec qui improbet hodie in dignissimo hoc Archigymnasio, extare credo nimirum quum uideã, doctissimos quosque, calamum iamdudum strinxisse, ac modò calumniator ingenuè sese prodat, digladiationē ardētissimo auere animo. Quos autem TR. VV. huic Academię præfectis sanctissimis prætulisse

sem:

NVNCPATORIA:

sem : quorum candori, ac erga
 bonas literas synceritati Musas
 ipfas deuinctas esse, si quid san-
 ctum est, iurare possum. ne di-
 cam, quàm ex officio, quantis
 debitis, omniũ studiorum meo-
 rum rationem ipsis offerendam,
 obligatus sim. ut nō iniuria mo-
 tum ipsorum mansuetudinis in
 me cōcitarem, si quid, quod lite-
 ris consequi potuissem, ipsorũ
 arbitratui subducerem. Probè e-
 quidem noscunt permulti, licet
 mira clementia, optima fide, ma-
 xima integritate, laudatissima
 quoq; diligentia, Egentium pro-
 curationes, Viduarũ ac Pupil-
 lorum caussæ, Coniugatorũ dis-
 fidia, Senatus ac Reipublicę con-

IOANNIS HEROLD

filia, ab illis administrantur, tu-
 tentur, examinentur, ac proue-
 hantur tamē hęc omnia (quan-
 tū uirtutes sint, in VV. CC. clarif-
 simæ) propter celeberrimam ip-
 forum erga studia ac studiosos
 liberalitatem, obscura esse. Cur
 autem quod uerissimum est, in-
 genuē nō fateor: Scio satis hanc
 defensionem ipsam, si Reipubli-
 cæ negocijs non impediretur,
 Vir integerrimus, Henricus Ry-
 hener, animo libentissimo atq̃
 exultanti arripuisset & ô Dñi im-
 mortales, quæ tonitrua, quam
 mendaciorum suorum securim
 Philopseudes, quem Periclem
 delicatus iste Demosthenes au-
 diret, & quo rapior: fermē hanc
 uolu-

NVNCVPATORIA.

uoluptatem, Viris bonis Reipublice neglectu redimendam esse dixeram. Nec quenquam insuper, quod huic nostræ Defensionis, Amerbachij nomē uenerandum præfigo, qui improbet (modo sciat hunc Erasmicarum uirtutum auidissimum, fortunulæ quoq; gratissimum Hæredem) extare puto. At quo uerborum lenocinio, tuę prudentiæ Amerbachi sanctissime, tibi meã probabo audaciã? accingar iam, necesse est, ut dum tuas me tibi surripuisse partes, pium factũ probare paro, omnibus coram te, nostri conaminis rationẽ reddere possim. Tutò autem, me Hercle, uix dici potest, quantũ iam laborio-

IOANNIS HEROLD

boriosissimis uigilijs, quibus cō-
 sultando, bonorū omnium do-
 lore, corpusculum hoc emace-
 ras, gratuler. Etenim (aut fallor
 ipse) nisi in restituēdis Legibus,
 restaurando Iure, tam occupatū
 te natura tua, fermē Principp.
 Sanctionibus nimium dedita,
 detineret * iam dudum aut arro-
 gantiam accusares, aut meam,
 ut es modestissimus, requisisses
 modestiam. sed mihi etiā nunc
 ô Amerbachi, alienū nil sumpsi,
 nec arrogauī. Licet ergo tua in-
 ter sit, Testatoris existimationē
 purgare prudentiē tamē tuę silē-
 tium, Anonymo isti Philopseu-
 de tanto maiorē incutere debet
 horrorē, quanto grauiorem in-
 esse

NVNCVPATORIA.

esse indignationē tui similibus
 Viris, si ad ulciscendū incitētur
 sæpius, compertum est. Nec do-
 ctis me ipsum immoderatè præ-
 tulisse hoc nisi, credas scis enim
 quàm molestissimè eruditiores,
 respondere soleant his, quos fa-
 cillimè se devincere posse sciunt.
 Vobis autem P. C. ut nec insolentia,
 neq; confidentia ulla me hæc
 scripsisse persuadeam, primum
 est, quo me excusare possum,
 gratitudo, ac erga Rempublicā
 hanc in hac alma Academia, &
 Procerū, & Tribulorū omniū,
 amor atq; obseruantia. Scio gra-
 tissimū uobis esse, habere uos in
 inclyta hac Ciuitate, Viros tot,
 ac benè doctos, qui gratias bo-
 nis

IOANIS HEROLD

nis Viris referre, & bene mereri
 de bonis, deq; Republica tota ue
 lint. Hoc autē uos latere nolo,
 pro DES. ERASMO ROTERODA
 MO Benefactore, literarū bona
 rum Parente. ne dicam patriæ
 Parente, omniū ingenia uigila
 re, pro maiestate huius Urbis
 omnes, quæcunq; tempora infe
 rant, ad sufferenda paratos esse.
 quod quidem me ipsum, quum
 omnium penè ingenio sim infe
 rior. ac à minore, maioris conie
 ctura compræhendi soleat, ceu
ἡρόδοτος primo hoc nostro pa
 tu uobis satis ostendisse, (ab
 sit uerbo inuidia) iactare au
 deo. Possunt etiam TR. VV. i
 stic. Studiosorum omnium,
 quorum

NVNCV PATORIA.

quorū cura ipsis delegata est, di-
 ligentiam perspicere · cum me
 etsi Strategematū Chiliadibus
 multum occupatum, obrutūq;
 rei familiaris tenuitate, tot ho-
 ras suffurasse uideāt, quibus ua-
 no huic homini responderem.
 possunt, inquam, perspicere, q̄
 indefessos Patronos se aliquan-
 do præstabunt n̄, quorum inge-
 nia, sumptu liberali, aut benigni-
 tate Senatus, aut beneficio ERAS-
 MI sustentantur. At inquiet ali-
 quis, hæc omnia candidis ac p̄is
 Viris citius persuadebis, qui-
 bus simplex illa ueritatis oratio
 placet, quorū propriū est, bona
 optimè interpretari · calumniæ
 autē ac inuidiæ argumētis, quid
 oppones?

IOANNIS HEROLD

oppones? Quid si tecum hoc modo agitur? mortuos iugulas, nullius ordinis, priuatę conditionis es, Valētiniani, ac Valentis A. A. Edicto iam ob libellū famosum manifestatū, delicti ad pœnas uocaris? & quod omnium maximū, cōfidentia magis, q̄ in genio uales? Quæ omnia cū nihil, uel parū curē, quod me (cū aliās sit molestissimū) iā iuuat, est, ut his temporibus audacię plus defertur, quàm sapientię? cum & indocti, & docti passim scribunt, ineptias sanē meas Viri legant docti in ineptissimū effusas malo, quàm ut disertissimis Voluminibus Vir aliquis bonus cōscindi à me uideatur?

Quan-

NVNCVPATORIA.

Quanquā nec qui sit iste Phila-
 lethes, qui mendacijs suis Philo-
 pseudæ nostro nomen dedit, ad
 modum obscurum est, quod
 quis me tam ferociter laruas fe-
 rre dicat. Nec puto, si ERASMVS
 noster, Reus (ut est omnium in-
 nocentissimus) haberetur, aut
 defensore indigeret, Oratorem
 bonum, ac caussarum peritum
 reiiciendum, aut dignitatem per-
 sonæ solūmodo eligendam esse
 cum etiam M. Tullius V. C. Pa-
 ter patriæ, Romanæ Reipub. co-
 lumen, uero suo testimonio reie-
 ctus sit. Aut defendendus igitur,
 aut non defendendus uideatur
 aliquibus ERASMVS · uel quod
 debui, me prestitisse · uel pro pos-
 se meo,

A

se meo,

IOANNIS HEROLD

se meo, uirium mearum experi-
entiam fecisse, etiam nolentibus
confitendum est. Ac tantum ab-
est, ut legem ullam me uiolasse
arbitrer, quod etiam certissimus
sim, iure me etiam contra anony-
mum libellum egisse, & hac De-
fensione, Patrum, & Principum
fauorem demeruisse. siquidem
iam dudum famosus iste Dialo-
gus summo bonorū dolore spar-
sus est. Vt tunc autē, confiden-
tiæ notam, Veritate stipatus ma-
lo incurrere, quàm eruditionis
titulum mendacijs mercari. Et
quid plura scripsi luuenis, Ger-
maniae, huius inclytæ Urbis, do-
ctissimi Viri uituperatione inci-
tatus. si quid peccaui, id pietate,
quam

N V N C V P A T O R I A .

quam patriæ • obseruantia, quã
 Reipublicæ huic • gratitudine,
 quam bonis me debere persua-
 sum habeo, peccatū est. Editio-
 nem autem debent omnes ERAS-
 MI nominis studiosi, Viris inno-
 centissimis, Roberto Vuinter,
 & Hieronymo Guntio. qui si
 quid nobis exaratur, omni cura,
 nulla sumptus parsimonia, no-
 stra excudere cupiunt non segni-
 ter • ut etiã ualdè alacriter, nobis
 fermè renitentibus atque inscijs,
 has nostras primitias euulgarūt •
 quod quidem fœlix, ac faustum
 sit, & Reipub. huic, & nostris
 studijs, precor • Quantum enim
 pro ERASMO, tantū pro uestrūm
 Maiestate tuenda P. C. me sollici-
 tum

INVENCATORIA.

tum hic fuisse CHRISTVS IE-
SVS ipse nouit, qui uos unà cum
dignissimæ uestræ Reipublicæ
incrementis, atq; VV. CC. his, in-
dies sospitet, ac faustitet. EX
RAVRACORVM BASILEA
INCLYTA, Nonis Augu-
sti, Anno à nato CHRI-
STO, M D XLI.

IOANNES PEDIONEIVS,
AD IOANNEM HEROLD.

Macte animi, iamã partes spectemus utrasq;
Præcipui fuerit nominis ansa tui.

HIERONYMI GVNTII,
In Anonymum Philopseu-
dem, Subitaneum.

Tam bene quæ Iuuenem, dubitas, firmauerit
ansa.

Frangeret ut rictus colla, Molosse, tui?

Ahmiser, ab doleas, Iuueni decus esse paratum

Dedecore ex tristi, ô flagitiose, tuo.

Dedecus immensum fuerat, te fallere tutò,

Totq; pios homines posse latere diu.

Haud erit ignotus, toto notissimus orbe

Flagitijs, Manes qui negat esse sacros.

Virtutes, Musæ, Charites, uel Iudice Christo,

Accusant omnes ora scelestæ uiri.

Quæ tibi propino iam, Adolescens optime, nomẽ

Cui Templum dedit hoc Rheticum, idemque

Solum.

Instrue mox Numeros, hũc cõfice, cõfice Iambis,

Tamq; citis citius nulla phaselus eat.

At quanq; potis es præstare id qualibet hora,

Ceu tamen Herois cum grauitate ueni.

IOANNES PEDIONEIVS RHETVS,
ADOLESCENS, AD LECTOREM.

QVem Latij, quæ Germani, Galliq; superbi,
Et coluere simul magno cū Cesare Reges
Qua septingemini uideas rapida æquora Nili,
Ad Gades usq; auricomos qua sustulit ortus
Tithoni Coniunx, ille ille probatus Erasmus,
Cui manet æternum per singula tempora partum
Nomen honore, ingenio, & uirtute probata,
Vnius insani temeraria lingua Molossi
Sollicitare decus, nunquam & pereuntia, Fame,
Manibus ast semper sacris Monumenta futura.
Nec quicq; licet hoc uoluit, dentes tamen acreis
Heroldo libuit confringere, & atra furentis
Ora canis cui Mercurio, dextraq; Minerva
Manat ab irriguo mellita oratio fonte.

Eiusdem, In Anonymum
quendam Philopseudem
Epigramma.

Tu quisquis magni nomen contemnis Erasmi,
Pierides auden tanto tu crimine Musas
Afficere: ò scelerate tuum mox pone uenenum
Nec conare malis Diuos incesse dictis.
Impie, quæ tellus equi te genuere Parentes?
Es certe diris apris, & seuior ursis,

Conui.

EPIGRAMMA.

Conuitijs tantum qui audes Heroa nefandis
 Commaculare tuis quo gaudent Vindice Muse,
 Quoq; suas Helicon repetit Duce suauior undas,
 Iamq; bibit doctos iterum Germania fonteis.
 Eloquio nunc Roma tuo, Mauortia tellus
 Teutonis, & prisca insignis uirtute renidens
 Conspicitur suauis Graiorū hæc possidet artes,
 Auxilijs ô Erasme tuis, & sacra recepit
 Theologia suum decus, atq; Hieronymus ipse, &
 Cetera Diuinae numerosa Volumina Legis.
 At te qui cæcus circumdedit horror inique?
 Que ue trucē Nemesis, tantā ue immisit Erinys
 In caput hanc rabiem, sale, utroq; et lumine cassū.
 Vt tanti officij, tantorum ingrate laborum,
 Crudeli laceres, & Erasmmum crimine scædes,
 Illum inquam Heroem uirtutis, & artis Erasmmū.
 An poterat tales ullus sperasse dolores?
 Desine plura tamen, scelerate, hoc uelle mereri
 Tam male, qui nullo meruit uel crimine inuri.
 Sed clarum ingenio meruit qui nomen, & ingens
 Virtutis precium, æternumq; laboris honorem.
 Respice, que maneāt te digna hic præmia, culpīs
 Vlciscenda tuis poenas Germania tantis
 Conuitijs statuet, tanto quoq; crimine dignas.
 Hunc propria uirtute licet superare malignam
 Nouimus inuidiam, liuoris uirus & atrum

Te ta-

EPIGRAMMA.

Te tamen ex illis meritò damnabimus ausis,
 Ingratumq; caput laqueis aptabimus, iram &
 Vsq; Lycambeis animos pascemus Iambis.
 Et mihi si qua foret læsis succurrere Musis
 Copia, seu cupidos explerent Carmina sensus.
 Te (ni concipias mentem, agnoscasq; furorem)
 Perpetuum statuo ultrici te Carminis usu.
 Atq; infame tuum, quod tu non prodere nomen
 Ipse audes, macula, te digno & nomine inuram.
 Hic tibi Laocoon, caueas ni, sum ipse futura.
 Candidè, & ex animo.

ERRATA.

Addam	36	16	incomparabilem eruditionē	
æstimas	160	21	82 5.	
bonarum	68	3	Nec certis quidem, aut	46.18
certa	53	22	nomino	13 10
compefcitur. Qualicumq; alia			nullam se habere	162 12
172 23			palnam	13 15
dicens	112	14	parem facit	109 22
dolorem	46	7	petitionem	6 17
effusione lachrymarū	97	18	potestis	33 23
erat	49	18	propensioem	175 16
et si	130	3	qui cum olim de Des.	2 3
Germaniæ	32	14	repræsentantem	104 20
Grynee	10	1	iplendat	128 13
habitare posse	121	24	suspiciosa	58 11
iacantibus ;	65	6	Theologi	47 23
iri onere	9	17	vanitatis	176 17
imprudencia	174	9	uiuone ;	85 4

PHILOPSEVDES,
SIVE CONTRA DIALOGVM
famosum, in DES. ERASMI RO-
TERODAMI V. C. funus editum,
Ioannis Herold Declama-
tio Apologetica.



GNOSCO iamiam Vi-
ri clarissimi, Patres sem-
per colendi, Cōmilitones
que optimi, animis uestris
Diuinitus inclusa, ac saga-
cissima præfagia frequen-
tia enim uestrūm, confessusq; tantus, desideria,
omniumq; uestrūm admirationem, satis superq;
demonstrat. Admirari equidem uos uideo omnes,
quod quum adhuc penè infans ætate, ingenio in-
fantissimus, authoritate nec minimo sim compa-
randus, pulpitem ascenderim præsertim in ea
causa dicturus, in qua etiam summi Oratoris fa-
cundia, tam occupata, quàm necessaria esset.
Quantū enim uero sit, uerba facere, de innocēte,
honestissimæ ac laudatissimæ uitæ peractæ homi-
ne.

ne inuidia malorum, etiam post splendidissimam
 uitæq; æqualem mortem laceßito, nec uos præte-
 rit. q. cū de olim DES. ERASMO ROTERO
 DAMO me declamaturū, diuinatione quadā in-
 stincti & præsentientes, oribus inbiantibus ac-
 curristis. nec id clam me est, quē fastus atq; arro-
 gantiæ infamiam deuitare uix posse, pertumeo.
 Quid ergo? tanto ne magis temerarius ego,
 quam omnes? Minimè. Imò nec laudis tanta me te-
 net cupiditas, nulla me gloriæ tanta instigat ambi-
 tio, quin cæteris in hoc officio nō libētissimo ani-
 mo, aliquid difficilius cederem. Impulit autem, ut
 præter cæteras causam hanc nunq̄ plenè lauda-
 ti Viri arriperem, quod tanquā holitor inter sum-
 mos Viros nonnulla opportuna proferre, sed mul-
 to liberius loqui potero. Nam si quid temere mi-
 hi exciderit, qui aliàs nunq̄ in hoc exercitio peri-
 culum fecerim, me excusare. si quid liberius euo-
 lauerit, iuuentuti, & ardori ei adscribi poterit.
 Deinde Maiorum, ac huius florentissimæ Acade-
 miæ Procerum uel occupatio, uel prudentia e-
 tiam uellicauit. iniuria enim temporum undiq; de-
 fatigati, nec tutò audent, nec sine maximo nego-
 ciorum

ciorum suorum dispendio possunt causam hanc suscipere. & si possunt, attamen λογισμῶν hos, qui alienis gestiunt innotescere scriptis, immortalitati tradere nolunt. Accedunt aliæ quoque, et causæ permultæ, autoritas imprimis Procerum, scilicet Rectoris, Triumvirorum, atque reliquorum & facultatum & artium Professorum huius celeberrimi Gymnasij. quorum tanquam Præceptorum reuerendissimorum permisso & uenia in harenam hanc descendimus. Occurrit grauitas sanctissimi atq; iurisconsultissimi Viri, Domini Bonifacij Amorbachij Hæredis innocentia præterea dexterrimi Viri, Hieronymi Frobenij industria accuratissimi hominis, Nicolai Episcopij, Vindicum supremæ uoluntatis Erasmi nostri. Cõtendunt à me hoc, uirtutũ et scientiæ titulus decorati, Viri candidissimi, Guolfgangus Vuissenburgius, sacrarũ literarum Doctor, & Professor huius inçlytæ Ciuitatis Archigrammateus, Henricus Ryhiner, cuius beneficijs, ita me obstructũ fateor, ut neminẽ unquam de me tam bene meritum affirmare ausim. Amicitia uero, dignitas, ac beneuolentia aliorum, &

4 IOANNIS HEROLD

nō vulgariū Virorum, q̄ plurimum hic possint
 ne diutius uos remorer, quanquā ægrè, nihilomi-
 nus præteribo. Et quid studiosam illam cohortem
 reliquam? quid inquam, Tyrones, Veteranos, ac
 in literaria palæstra hac meos Commilitones stu-
 diosissimos uel desiderare, uel expectare, uel op-
 tate ardentius suspicentini o candidissimi, quam
 hanc ipsam defensionem? Nec deest hic, ut inge-
 nuè fatear, priuata aliqua beneuolentia, priuata
 gratitudo, quā aut aspernari, aut negligere sum-
 mæ esset dementiæ. His causis alijsq; præteritis,
 nō ingenio, sed quod minimo periculo dicere pos-
 sum, fretus, solum ut ERASMI tā iniquè læsa fa-
 ma, omnino deserta nō iaceret, uel appareret, sal-
 tē me, ueluti Patronū, hic exhibui. Opinere autē
 o cādidissimi, quosdā è nasutoribus, causam quæ-
 rere, quæ alios, et omnium ore celebratissimos Vi-
 ros ab hac defensione uel deterreat, uel impe-
 diat? Mirū me Hercle nō est, etiā si uel thynni mo-
 stix ille, qui hanc causam conflauit, nec nomen
 suum, nec patriæ appellationē protulit. Quis er-
 go prudentiorum, iugulare mortuos, non ridicu-
 losissi-

lofissimum? quis omnium suffragio damnatum libellum, quis paginam mendacis suffarcinatam sapiens uel tantillum curaret, aut impugnandam operæ precium aestimaret? Nulla doctis maior, quam temporis parsimonia, bonas horas malentis libellis minime impediunt unde nisi admoneantur, sæpius etiam attacki, iniustas notas haud sentiunt. Proferã igitur huius causæ Furias ego, res quoque nobis iam erit cū ostentatore quodã uanissimo, qui suppurati animi pestẽ, leuissimis atrocissimisq; dictis euomuit. Philaethẽ seipsum uocat, ex Utopia Ciuem, funus ERASMI ROTTERODAMI Dialogo lepidissimo celebrare se profitetur in quo nec famæ Viri, nec aliorum doctissimorũ Virorum nomini, nec ipsi Germaniæ parcat. Ac uidete quæso, Fortunato Martinengo (quoniã aliàs non noui) gentilitio autem cognomine Iuueni satis claro, ac nobili, quem etiam semper honoris causâ nomino, quam uasfrẽ impesuit? Tutelam illius hominis, tanquam Aiacis clypeũ, famosis suis Tragedijs, sic enim Dialogum hunc appellare libet, prætendens ut quoniam alienã famam tam sinceram ac præclaram

nullo iure, impudētia uerò maxima arrodit: quoniamq; authoritatē Erasmi euentis suis nugis, uanisq; somnijs officere ac obstare uidet, ex huius splendore ac potentia confidentiam suscipere, metumq; deponere possit. Nam si non aliqui, si non quadam tyrannide deprimantur liberorū ingenia, immortale illud nomen conculcare tutò se desperat: et nisi suppressis linguis liberis, quod per mendacium auspiciatus est, per temeritatem nunquam perficere se posse cōfidit. Hęc est illa Gorgonea pestis, hic scrupulus ille, quibus noctu dieq; intimis in pręcordijs male sanus arroditur: postulat, cupit, desiderat, ut sint qui se adiutores, qui Patronos suę dementiae se profiteantur. Hanc & si statim iniquam postulationem esse deucero, ego tamē breuiorē multò, et ut omnibus persuaderi facillimū est, longē æquiorē petitionem adferam. Vnum rogo, ut Philopseudes, dicere Philalethes (semper hęc erro, imò non erro. Philalethes enim, si Lactatio credimus, præfert uera falsis) attenuatione ingenij nostri, ostentationeq; sua immoderata, cui mēdacia auctoramentum deferunt, contentus sit. Peto à uobis autem,
 ut pericu-

ut periculum quod literarum studiosis omnibus, imò literis ipsis intenditur, perpendatis, uestram ipsam uigilantiam, infamia oscitantiae ne denigretis. Si uero aut causa ullius criminis, si sinistra (ut cum Cicerone loquar) suspicio facti uel lius, si naeuus, si macula, contagio, uel minima particula uitae non laudabilis, uobis apparet, quae in deferendo nunquã plenè laudati nomine, Ἐρασμοῦ αἰσῆς illum uel allicere, uel prouocare potuerit. si praeter ostentationem in aduersario, praeter inuidiam, aliud quicquam inueneritis non recusato, quin calumniae, & fama, & Libri, et Manes Erasmi prostent. Sin autem aliud hic nihil agitur, nisi ut aliorum infamiatione, gloria quaeratur ijs, quibus nunquam non alios excellere uideri, optatissimum est. si solum omnes nerui intenduntur, ut ad infamem illam in literatura reprehensionem, etiam damnatio & naturae, & habitus, et status Erasmi tanquam adminiculum accedat. nonne cum haec sunt indignissima, & hoc illaudatissimum est, praecleariss. uos, & alios Viros, idoneos haberi, quorum fauore optimi lacerentur? et de uobis, qui s. c. huius inclytæ Ciuitatis, ad literas

promouendas bonas, florentissimæ huic Academiae præfecti estis, propter sanctitatem & integritatem, etiam ignotissimos homines hæc præsumere audere quos maxime Vindices, & ultiores metuere deberent, Amanuenses, & quasi emendatores nugarum, ac calumniarum ipsorum habituros? Quid quod etiam Germaniam ipsam quæ cum Gallia pro Alumno suo digladiatur, quid autem Germaniam? imò hanc inclytam Ciuitatem, ingratitude tacite insimulare non abhorruit? alibi nullo in loco, nullo in angulo, famosum, mœdacijsq; suppuratū libellū, nisi in Germania, hic Basileæ, deceptis Typographis, qui propter instantes nundinas, pensu ipsorum, noctu dieq; pressi, nihilominus in optimi Viri memoriã hunc laborē (quem in maximū ERASMI honore redundaturū, à peruerso isto homine persuaserant) grato susceperunt animo, uestro in conspectu, prope Mausoleū ERASMI typis excudi uoluit? Taceo sinistrum illud iudiciū, quo grauissimos Viros, studiosissimos Iuuenes, qui impendijs, qui liberalitate, qui pietate & uoluntate ultima ERASMI nostri aluntur, ac sustentantur, contemnit.

temnit. Prætereo tam friuolam æstimationem, quam ostendit de tota Republica literaria quæ tamen adminiculo huius Viri se erectam, locupletatam, et mirū in modum creuisse, libentissimè fateatur, ut apertissimū est. Intellego ô cædidissimi, nequæ me unquam conqueri, uociferari, uel satis dicere posse, in re tam atrōci. desit ingenium, deest ætas. Et quid impediementi temporis iniuria mihi obijciat, uix ipse satis noscere queo, agnosco tamen non minimum. defecit enim ardor ille studij, apud plerosque literæ ut olim bonæ erant, ita nunc in precio sunt calumniæ. Quod autem maximum est, obstat conatus insuetus, innata mea uerecundia, uestrum omnium authoritas, ac Philopseudis celata notitia. Fateor uiribus meis maiorem mihi ipsi imposuisse molem, nec me uulgariter periclitari, ac fermè oppressum in onere. quod quidem leuius mihi uidetur, quàm impostum uel pusillanimitate, uel ingratitudine abijcere. Freto enim mihi communis studij maiestate, aut ex parte onus alleuiabitur aut uel iam oppressum me, erigi quàm facillime spero. desertus autem, animo non deficiam ut potero uerò, perfe-

ram. Te igitur Grinee, Rector uenerande in pri-
 mis, uos deinde quibus gubernacula, uel docendi
 munia S. C. huius inclytæ Urbis, in hac florentis-
 sima Academia delata sunt, adhortor, ut quales
 uos in promotione etiam minimorum, qui studijs
 adspirat, præbere soliti estis tales Erasmo uestro.
 & mihi iam uos impartiamini. Reliquos autem,
 aut gradu, aut dignitate præstantiores oratos uo-
 lo, & magnopere quaeso, æquanimitate pacien-
 tiaq; uestra, attentè bonaq; cum uenia ad extre-
 mum usq; perorantē me audiatis. Videtis enim stu-
 diosorum omniū in me fixos uultus, uidetis omni-
 um expectationē intelligitis cupiditatē, qua ultio-
 nem enixe flagitant. Sperant omnes hac nostra
 defensione doctissimorū Virorū ingenia excita-
 tum iri, ut calumniæ propellantur, iniuriæ prohi-
 beantur. Quod quidē ante omnia uestrā doctri-
 nam postulat, qui uiuo uestro Erasmo Amici, fa-
 miliares, & charissimi fuistis, qui Vindices uo-
 luntatis suæ ultimæ existitis: qui ipsius impensis,
 modesta ac amabilitate uestra clarissima ingenia
 alitis. Credite enim, nisi hic qui uester sit ani-
 mus, quæ gratitudo, quæ seueritas apparuerit, eò
 prorūm-

Prorumpet hominum audacia, temeritas, & im-
 prudentia: ut non modò, quemadmodum nunc fit,
 suppresso nomine, Libelli famosi in Erasmi scri-
 bantur, uerum etiam erecta & famosissima illa
 memoria infringetur & ut iam fingunt esse lace-
 rata membra, olim ossa dispergentur. Etenim hic
 aliud nihil agitur, quam ut mens uestra explore-
 tur, nasus ne uobis sit, aut perfricta frons intelli-
 gi possit. Incessitur calūnijs Erasmus ab homine,
 ut apparet, phrenesi læso, à mentis impote, à ra-
 tionis experte memoria ita destituto, ut nec no-
 minis sui proprii, nec appellationis suæ patriæ,
 quam mentis compotem obliuioni tradere, tur-
 pissimum atque inauditum est, sibi conscius sit.
 Infamatur ab ijs, qui miserum hominem ellebo-
 ro permulto, sed non Maliaco purgatum, haud
 rationi, non memoriæ, sed maledicentiæ restitue-
 rūt. Vnde adhuc Græcissat, Philalethē se fingē-
 do, sed male. ab omni equidē uero tam procul a-
 best, quam propinquus mēdacio ille Cacodæmō
 τῆ δ' αβολῆ, mendaciorū parens existit. Laces-
 situr ab ijs, quorum aut inuidia, aut dementia, con-
 uitijs in optimū Virū egerendis non cōtenta, nisi

et Amicos σωαποδνήσκωντας doctissimi homi-
 nis, Viros doctos cōtemnant, persiringant, et de-
 rideant. Descripsit Morus ille, Vir immortalitate
 maxime dignus, illa Platonis multo sceliciorem
 Rempubicam. Et ô Dii immortales, qualem Vto-
 piam? profectò detrectatoribus nunquam habita-
 bilem, simò ostentatoribus interdictam, in quam si
 Philopseudes hic non uelitatur, me Hercle haud
 bene scio, cuius regionis Ciuem se fingat. con-
 stat enim alphabetario, Οὐτοπία nullibi exi-
 stentem regionem uocari. Age, quis iam Οὐτο-
 πία unquam adijt? Οὐτις. quis Οὐτοπία in-
 habitat? Οὐτις. quis, quid nostro in orbe gera-
 tur in Οὐτοπία perfert? Οὐδέτις. Quis ergo i-
 gnotum, nullibi existentē, humanarū actionum
 expertem, οὐδέτις, nō hominē, aliquid humanū,
 uidelicet ueritati consonum, graue, non uanissi-
 mum edere credit, aut sperat? Memini Οὐδέτις
 Homericū maxime hoc epitheto nobilitari, Εὐ-
 δότα παντοίως δόλως. Scelerum autem inuen-
 torem, apud Virgilium nominari. Quo autem ô
 candidissimi, facilius intelligere positis impuden-
 tiam Philopseudis huius, tam leuē esse, quam in-
 digna

digna sunt, quæ, ut facile apparet, quadã comitã
te Tisiphone, eblaterat, subolentes nobis caussas
exponemus. quo tanto citius iniuriæ innocentif-
simis Manibus illatæ, ac Chorcebi huius temeri-
tas uobis appareant. Sollicite enim admodum agi-
tanti occurrit, illa primum inexplebilis famæ si-
tis, laudis auaritia, ambitio gloriæ, quibus nonnul-
la Diuina apud Italos ingenia, quæ tamen, ut æ-
quũ est, amplitudinis excellentiæq; gratia semper
nominarem, alienam succrescentẽ uirtutem, ini-
quẽ ferre, ac ferme omnino non pati posse, aper-
tissimum est. Fuit ERASMVS, ut scitis, qui
hoc seculo, de hac ætate palmam literariam de-
meruit. Ciceroniani temporis fœlicitatem imita-
tus est. hinc inimicitia, hinc etiam laudis digna,
quæ uirtutem undiquaque comitantur, æmulatio-
nes. Deinde autẽ Caris huius impudentissimi in
causa est temeritas, arrogãtia, ac amentia. Quod
enim æmuli uirtutis, haud tutum putarunt, hic te-
mere anticipat. quod maximũ æstimarunt, flocci
facit. quod indignum ipsis uidebatur, in dulcissi-
mum rabiei suæ fomentum conuertit. Non quod
Tyro Veteranis plus possit, sed quod Germanis
fœnum

scenum è cornu detracturum se præsumptuosa
 sua audacia sibi promittere audet. Non quod cal-
 liditate inuidiam magis, quàm alij celare sciat.
 sed quod nulli, nisi solo sibi nasum esse pu-
 tat. Non quod de literarum scelicissima glo-
 ria contendat, sed quod literaturam, & in-
 genium in alienam infamationem, tanquam gla-
 dium in abusum homicidij conuersum se ha-
 bere ostendet. Ne autem uos diutius teneam,
 agite, non ne ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκ-
 τε, scilicet quum calumniarum inscriptionem
 saltem legitis, quam quaeso, inspiciat. In Desi-
 derij Erasmi Roterodami Funus. Te-
 merarium ac scurrile haberi, eos laceffere, qui
 ab omnibus amentur, qui infimis pariter ac ma-
 ximis æque chari sint & accepti, Cicero ipse,
 si bene memini, docet. Non ne autē satis elucet
 hic scurrilitas, et temeraria illa audacia Philopseu-
 dis? Nemo enim doctiorum tam perfrieta fron-
 tis fuit unquam, ut prima paginae facie aliquid in-
 uiuentem Erasmus scribere, fateri ausus sit. hic
 unus omnibus audacior, sed ô quàm inconcinne,
 ut minime ingenuum hominem decet, cum laruis
 Inctis.

luctatur. ò et quàm scurriliter maledicta euomit,
 quàm amarulenter optimi Viri funus laceffit.
 Nunc primum in lucem editus. Quid?
 Dialogus. Aures arrigite, precor, ostendam
 uobis asininis auriculis bene auritum Midam.
 Mos est, ut sanctissimus, sic antiquissimus et iam
 et si Dionysio Halicarnasseo credendum, à Pub.
 Valerio Bruti Collega, post Urbem conditam,
 Anno Quarto de quinquagesimo, Supra ducent-
 tesimum introducta consuetudo, ut Viri aut bel-
 lo, uel reipublicæ regimine uel literis atq; indu-
 stria præclari, statim post obitum, à Viris inter
 alios dignissimis Funebri oratione laudarentur,
 qui Elogijs disertissimis de Republica benemeri-
 tis gratias agunt, reliquisq; Ciuibus stimulos ad
 benemerendum admouent. Philopseudes autem,
 Medicinæ non tam gnarus, quàm Iurisperitus,
 si Dijs placet, quarto iam post obitum Erasmi an-
 no, quandoquidem de statu defuncti post quin-
 quennium differi non potest, tandem erumpit. ff. no. Lib.
 Non Oratione utitur, neque iniuria. metue- XL. Tit.
 bat enim obseruatis Rhetorices methodis, licet XV.
 parum literato nõ facile imponi posse, aut calum-

niarum fucum statim proditum iri. Sed intemp^{er}
stius, tranquillissimisq; noctibus,

Placidum quum carpunt fessa soporem
Corpora per terras, sylvæq; et sæua quierunt
Aequora cum medio uoluuntur sydera lapsu,
Quum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; uo-
lucres

ac cum magno olei sumptu, sua in lucernula exic
cati, ô Dij, quàm tersum, nitidum Dialogum in
nonum, ni fallor, adhuc usq; annū premendum,
ni μετὰ λατόπι τῆς ἐογῆς se uenturum ti-
muisset, Dialogum, inquam, confingit. quo ge-
nere scripti, ad laudandum compendiosior uia
nulla dissimulata autem inuidia, ad inurendam
alijs infamiam, uel magis idonea, uel suspicio-
ni minus obiecta reperiri uix potest. iam si
quis ô candidissimi, alium, qui oculos defuncti Pa-
rentis, animo forti infractō que occlusisset, qui
Naturæ quantum debebat, tantum planctuum
indulisset qui quarta abinde die, in id solum in-
tentus, ut Parentis uirtutē imitaretur, perpende-
ret, propalaret, & iussu eius sequeretur si quis
inquam talem, quarta post Parentis obitum die,
noua

noua quadam refriktione luctus, nouis nœnijs
obturbarer, non ne ab omnibus, nisi ab insanis,
insanissimus iudicaretur? Nam ut ait Ouidius,

Temporis officium solatia dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger o-
pem:

Annuitis recte quidem. Quis enim honor debe-
tur ei, qui literarum illum Altorem quarta iam
messe præterita, in cœlicolarum contubernium
susceptum, etiam non ficta, sed luculenta oratio-
ne deploraret?

Nam cum longa dies sedauit uulnera mentis,

Intempestiuè, qui mouet illa, nouat.

Nunc ueterator hic itidem facit, cum tamè nos-
metipsi omnes, huius mundi miserijs erepti, post
rationi subiectum luctum, & gratulemur, & læ-
temur taceo, quod pro thesauro carbones profe-
runtur pro laudatione, uituperatio editur. Solent
autem dissimulatores, uerborum lenocinijs & il-
lecebrofis titulis Scripta sua ad captum Lectoris
adornare. huius equidem artificij Philopseudes
non expers, morsus uiperinos ut contegat, face-
tiæ speciem Dialogo suo assuit, nominatur que
b illi

illi, Lepidissimus. Quis, precor, hic Sardinium contineret risum? cum lepiditas sit citra ubilius offensionem suauitas, & uerborum & rerum teneritudo quædam delectabilis. quibus e- quidem Dialogū huius, ex diametro oppositum, ac falsis tantum dicterijs refertum esse, paulo post expressius uobis constabit. Ne autem aliqua sibi desit impudentia, ut satis clare eniteat, quàm temerarius sit, confitetur ex colloquijs suis Ex familiaribus cōgressibus. Proh pudor, hæc scommata enucleata esse. O scelus, persuasit sibi homo gladiator, Patronum defuturum qui libere dicat, neminem adfuturum. Sunt ne hæc tua colloquia familiaria, hominum homo impudentissime? Quid primum querat? exordium unde sumam? quod, à quibus auxilium? uestram ne aliorum fidem implorem? Extat famosus libellus, fraude circūuenti sunt Typographi, ERASMUS Alumni, fama, Hæredes iniuria afficiuntur uos ipsi candidissimi, ingratitude in simulamini, alma hæc Vniuersitas, inclyta hæc urbs, familiaribus colloquijs proscinditur. Quis animo tam dissolutus, ut ad hæc tacere, uel talia negligere possit? O non semper consultam adole-

scientiam, cuius ardore causam hanc suscepi quã
 nisi Naturæ Parens confidentia boni donasset,
 Dij immortales, quã facile maledicentiæ huius
 succumberem? Nunquã audiuit Italia, aliquid in-
 dignius, quã Viri cuiusdam, propter maiestatem
 scribendi aliàs dignissimi, (quem etiã honoris cau-
 sa nõ nomino) Vocẽ, ut refert Pontanus, impiissi-
 mã, qua palãm profiteri nõ dubitavit, se in Chri-
 stum quoq; spicula habere. ô abominandæ scien-
 tiæ, est ne illi dicto, factũ huius non simillimum?
 Familiaribus colloquijs Philopseudes ERA-
 S M V M, uerbi Dei Ministrum, Senem, Bene-
 factorem, ac Virum frugi proscindit. quid ita?
 Quia uir ille integerrimus Rempub. literariam
 quasi postliminio reduxit. Quia minimè sobrius
 hic homo, à Natura cõcessã loquentiã, suis affe-
 ctibus, uoluptatis tantũ gratia, morem gerere cu-
 pit. Quia linguæ politicæ artibus cõparatam, qua
 alij in cõseruãda hominũ societate, in enutriendis
 amicitijs, in sedãdis molestijs utuntur, bellus hic
 homo ad confictionẽ infamiæ alterius, ad inque-
 tudinẽ serẽdis exercẽdisq; altercationib. assuefa-
 ciendã putat. Nõ parua sunt hæc, ô cãdidissimi at

multo leuiores his, quæ dicturus sum, ad caput enim rei accedo. Dialogum excusurus, in quo Philopseudes Anniani personã suscipit, inuerso uero nomine Philalethem se uocat. Hypocrisim Arnoldus induit. ut autem ὑπόκρισις ualida sit, ad uitia sub specie uirtutis tegenda. quàm idonea ad occultiores insidias, quàm æstimationis cupida, quàm nominis auida. item quàm enixò à melioribus metui, sanctitate commendari gestiât, qui ignoret, certè arbitror, neminem. Adducerem quoque satis multa exempla, si res postularet. superuacanea autè essent omnia, quum omnium manifestissimum, perditissimūq; nempè hic Dialogus nobis sit exponendus. Proinde quæso, ut antea aures, iam etiam & animos mihi præbere uelitis. Egit Arnoldus Arlenius anno iam præterito, in Germania aliquot menses, in hac quoq; Ciuitate dies non paucos. repetijt Italiam, et ni fallor, Bononiã situ florentem, studijs florentissimam urbem. Philopseudes hic, qui iam dudum quæritabat, imò disrumpebatur, quod non reperiret occasionem, huius reditu credidit ansam sibi oblatam, gestiens actutū expectorare.

pectorare, satagit occultā *ἐπίδοξα*. ne igitur uanitatis palmā aliquis sibi praeiperet, statim Arlenium, quē semper honoris caussa nomino, Virū de Repub. literaria benemeritū in simulat, quod male mereri uelit, de ERASMO, Viro de literis sacris, prophanis, omnis que generis meritissimo, personam illi adpingens adulatoriam. Quod ne apud uos fidem mereri possit, faciunt Oporini, & aliorum Virorum doctissimorum de candore eius ingenij testimonia dignissima. Sed quid multis? ut lutulentus sus, cum illo conuolutari cupit, ac incipit. Salue Arnolde Amicorum suauissime. Amicitia posthac Arlenio cum Philopseude aliquam futuram esse, uel etiā fuisse, tantū abest, quod credam. quantū ex hominis ore ac facie, bis enim alloquutus sum hominē, integritatis et ex scriptis huius, impudentiæ colligere ipse possum. Addit autem. Atque omnium hominum qui uiuunt, officiosissime Philalethem te appellarem & ego Philopseude, si uniuersalem illam nō addidisses. sed Regulū forsitan te, non hominē putas. Vigilantiam etenim Arlenij, literis bonis impensa of-

ficia nemo nō nouit tuo autē in famoso Dialogo tibi officiosus quod sit, impudentissima mē dacia tua redarguūt. fuit enim Arlenio cū Hæredibus ERASMI apud nos familiaritas nō uulgaris, cō uiuia cū eiusdē Amicis nō rara, cum Vindicibus suæ uolūtatis cōgressus creberrimus. nec dubito etiā hodie, horū *μνημόσυνα* apud illū reside- re, ac de pijsimi hominis pijsima morte, pie ip- sum instructū, pie apud pios eū loqui et uera. Pro- pterea, ut summo cū dedecore sycophanticā il- lam illi inuris infamiā, Megarē siūq; lachrymas ita nos alienā maledicentiā Arlenio non imputa- mus. Ac si, ut par erit, aliquid acrius, in Arnol- dū, Dialogi tui personā inuehimur, uel in mini- mo Arleniū perstrinxisse uideri nolumus. Dū e- nim salē et fabā apponis, nō ratione ulla niteris, sed animi uniuersis pturbationibus angeris. tra- hit te in transuersum temeritas, rapit arrogātia, excæcat liuor, quibus remedium mendacio offi- ciosius adhibere potuisses nunq̄. Vnde *Ἐπιφορη* oris mendacię scilicet palliolo induta, quæ frigi- dam suffundat officiosissima tibi est, fateor. Sed longius fortasse his immoror, pergā igitur. Vi- dete

dete, quæ pulchre sibi ipsi blanditur. Tu quoque
 saluemini Anniane, quæ boni omnes
 ob in literis præstantiam & incredibi-
 lem morum suauitatem, uel suo incom-
 modo saluum esse cuperent. Peculiaris do-
 na *ἰστορίας* sunt, arrogātia, iactātia, osten-
 tatio, ac *Ὀλαυσία*. Vnde non mirum est, boni Vi-
 ri uocabulum usurpari ab improbis. præstantiā li-
 terarum, etiā id *ἰστορίας* sibi adscribere solent. Mo-
 rum fictam suauitatē, quis magis suscipit, quæ osten-
 tatores? quā autē sine riuāli nonnulli etiā omni-
 bus inuisi, se ipsos amant? Cæterum me Hercle,
 quod bonis charus, moribus suauis sit Philopseu-
 des, uestrum supercilium, Dialogique improbitas haud
 docet literarum præstantiā alij iudicent, uitioso in-
 genio adiunctā ipse satis uideo. Infamationē au-
 tem hanc animo concepisse iam dudum intelligo,
 summa impatientia solam expectasse occasionē,
 qua usus, totā ingenij sui uoluptatē expleret, ma-
 ledicentiāque euomeret. Perinde ac effrenata hæc
 sua impudētia, ipsa de se iactat, imò conqueritur
 malā suā conscientiam tam diu constrictā fuisse.
 Etenim, Quid, inquit, est, quod iam diu, nullus
 te uidi

te uidi: torsisti me tu quidē desiderio
 tui nimium acriter & c. Utinam tuus il-
 le Arnoldus, (Ὑπὸκρίστην intelligo) utinam, in-
 quam, in Germania Superiore fuisset respōdet
 enim, In Germania Superiore fui.
 Utinam tam longe, ut tibi uideatur, nobiscum e-
 gisset, tandem aliquando relegatus, Veterū Ger-
 manorum innocentiam, simplicitatem fidem que
 Germanis omnibus reliquisset. Utinam ad uota
 Piorum, uel Ad coruos abiisset, pestem suam se-
 cum sibi abduxisset tantum abest, quod huius fa-
 miliaritatē tibi inuideā. sed dementiā tuam deuo-
 ueo, ad quā, malam naturā te peperisse, quā sum-
 mis uiribus te exercere uideo. Nam crede mihi,
 non sunt contēnenda, nō paruipendenda, quæ li-
 bidinose, arrogāter, temerariē ac nefariē peccas.
 Toto animo perhorresco, cū mente, quæ dixi: re-
 spicio. cum cogitatione, quæ adhuc exponen-
 da sunt. prospicio. Tu autem horum animo nihil
 aduertis, nihil curas, nihil cogitas. parum uide-
 tur Viri integerrimi Manes laceffere, Viros cla-
 rissimos, & ingratiitudinis & sycophantiæ insi-
 mulare, Respublicas bene institutas circumueni

re tacitè nisi etiam aperta contumelia Ciuitates
splendidissimas commacules. Satis scio, famam
successus florentissimæ apud Argentoratum A-
cademiæ, aures admodum lacerare uilitigatori
bus ac ijs, quibus doctrinam maximam, quæ illis
haud quaquam inest, sibi affingere dulcissimum
est. Natura igitur Philopseude Argentoratum
odisse te oportet, quod quidem ipse ingenij tui
multo molestissima arrogantia confiteris. Fingis
enim tuum Arnoldum, tam diu Argentorati de-
gisse, tandem hypocrisi onustum ab Argentora-
to exoptatum ad te redire. Sed ut libet, mihi nun-
quã persuadebis Argentoratũ, materiam tibi sup-
peditasse aliquam, qua fretus, aliquid in ERAS-
MVM moliri posses: de cætero tu ipse uidebis,
quã indigne suspicione hac nõ digna dignissi-
mam Ciuitatem grauare coneris. Quod autẽ de
religione, os impurum, sinistrè ac scurriliter pro-
nunciare iocum, arbitraris, quo loco ponam,
uix habeo. Miror tamen singularem istam tuam
sue dicam confidentiam, siue arrogantem impu-
dentiã, qua huius ætatis Theologos uel separare,
uel dijudicare ausus es. cũ P. P. M. M. Leonem,

Hadrianum, Clementē, aut Paulum, tam temere pronūciasse nemo audiuerit unquā. Quid? quod in hodiernū diem magnitudini rei tota Europa, summa inhiat expectatione, litisq; diffinitionem non tam feruide cupit, quā anxie flagitat. Tu autem ais, Vtinā me tibi comitē adiunxisses, licuisset uidere. Quos? Infitos Theologos. Si numerū inspicias Philopseude, ea ipsa est hęc Germaniæ scelicitas summa.

Ioel. 2. Videmus enim id ipsum, quod Diuus Petrus ex

Act. 2. Propheta infert inquiēs, Et prophetabūt Filij uestri, et Filia uestræ. Si uero uocabulū infinitiōis eo, quod Græce est ἀπείρονα, ac inexperiētia significatiōē apud Græcos etiā suscipit, pro dīcterio ut soles, uteris audi Christū ipsum Patri

Matth. gratias agentem, quod ueritatis mysteriū vn̄iōis illis simplicibus, uulgoq; indocto aperuisset.

11. Hos, ait, licuisset audire, incredibili modestia & æquitate differētes. Quantū fidei, fides uera meruerit unquam, in synagogis, in Academijs, ac apud huius mūdi sapiētes, Christus ipse in Iudæa, Paulus multis in Asia, Europæq; locis docuit. Non credibilis, aut incredibili-

dibilis tibi uideatur Germanorū in sacra scriptura differēdi ratio, haud curæ est Hippocliidi Substantiæ enim illæ rerū sperandarum, ac non apparentiū argumento unico innixi, nasum tuum, imo totius mundi supercilium, si Euangeliographo Diuo Marco credendū, facile spernemus. Mar. 13.

Cum autē inquis, De summa persuasionis nostræ, nullius persuasionem nobis curæ esse credere potes. Nā nec carne, nec sanguine nobis fidem illā saluificam inculcari, sola cœlesti gratia infundi, etiam consummatissimorū Theologorū opinio est. Diffiniat igitur Cicero Certam opinionem dicant delicatuli isti Ciceroniani, Fidem, esse persuasionem aliquam magis Latine, quā Christiane loquuntur omnes. Potuit olim, fateor, persuasio multū: nunc autem, ne terrentiū quidē, si adhuc uiueret Alexāder VI. R. P. notho suo Cæsari ad Jaleā, à Germanis corraderet. Edocti enim Elogio Christi, iam dudū odoramur, charitate proximi magis, quā persuasionibus plumbeis peccata redimi posse. Vera fides iustificat, nō pertinax persuasio. Tecū autem iā Philopseude, extra hęc contentionē, familiarius loquar.

Theophylactus.

præstitisset omnino silentio transiisse Theolo-
 gos. non ne uides, quali cestro irritabile illud ge-
 nus hominum nunc temporis incitatū est? quam
 insipienter gladio ignem scrutaris. Tu ipse uide
 etiā atq; etiam tute collige, quid dicas iudiciū tu-
 um considera. Tua sunt uerba, exceptis Germa-
 norum Theologis, alios ματαιολόγους, Et ra-
 bulas rectius appellari. Putas ne illorū sapien-
 tissimæ sapientiæ, illorū fulminibus, uel uoce, uel
 ingenio te obniti posse? Putas ne te posse, si sex-
 cētus, quas bene numeratas habent, suis cōclusio-
 nibus circumuenirent, uiribus aut consilijs tuis
 te ipsum eximere? Putas ne te posse subtilissimis
 horum subtilitatibus, subtili aliqua tua ratione ef-
 fugere? Vereor mi Philopseude, uereor, ne suc-
 cumbas. eò enim consummationis ipsoꝝ pro-
 cessit, uasfrities, ut ipsis nec Laërtiani Philoso-
 phi, nec Philostratici Sophistæ, nec Apostata-
 rum spiritus, uel paradoxis, uel elenchis, uel ali-
 qua scientiæ æquiparari possint. Considera, pre-
 cor mihi enim uidetur, non minimum tibi immi-
 nere periculum. Etenim si rabulæ uocabulum in-
 telligis, ac proferre hic audes, posse te causam
 tuam

tuam satis defendere arbitror: sin quid sibi uelit, nescis, quem propugnatorem istis tuis aduersarijs posthac præstare possis, iam uidere mihi uideor. De mataeologis, cum, quid sibi Græcismus hic uelit, iam parum nobis constet, alio loco, consultis interim, huius uocabuli caussa, Dictionarijs, forsitan scelicius disputabimus. Cæterū autē tuo Marte pugnabis pugnam, si quid negocij tibi interciderit cum aliarum nationū irrifis Theologis, meum certe nō erit. Dixi autē initio, o candidissimi, tam multa de huius impudētia dicere non posse, quā causa postularet: igitur his omisissis, uenio nunc ad liuidā illam suam nigredinē, quā cum nigerrimis illis procis Homericis, οἱ τ' ἐν μὲν Βαζουσι, λακῶς δ' ὀπίθην φρονέουσιν, communē habet: inquit enim, Sed dic, rogo, ut ualeat Erasmus? Vtar Propertij uerbis?

Inscelix properas ultima nosse male.

Non' ne tibi ipsi es conscius, quæ animo uoluntas? si nescis, ex Iuuenale potes ediscere,

Quas patitur pœnas peccandi sola uoluntas.

Et Ipso teste,

Pœna autem uehemens, ac multo scænior illis,

Quas

Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus :

Quæ uox molestior tibi unquã esse potuisset, si uerè (ut ficto tibi ipsi respondes animo) aliquis huius Viri ualitudinem basilicam tibi retulisset? Sed recte ualet ERASMVVS noster, Philopseude. Ac utinam tam recte Ex animo ego loquor, ualerem ego. Quibus uerbis, quanquã simulanter eandem ualitudinem, quæ tibi autem intimis ex præcordijs exoranda esset, exoptas. Nam te, ut tute dicis, Quæ certum est, ad mnes erumnas atque acerbitates sustentari, libido illa contentionis sic obcæcauit, lingua pruritus tantus tenet, ut nec uoluptati innatæ aliqua maldicentia, nec ὑποκριτικῆς simulatione opportuna satisfacere potis sis. Enim uero temeritas illa tua nimium impotens, liuorem, lingua, quod persona adhuc aliquamdiu celare potuisset, omnium prima, quam de ERASMO habes, mentione effundit. Senium quidem cum studiosi, reuerentiæ, obseruationis aut uenerationis epibeto ornare soleant tu Terentiano, ac Plautino scommate notas.

tas. Non mirum igitur est, si quid mali tibi praesagit animus.

Dedit enim in laqueum uestigia noster

Perfidus:

Nec uafes est solus Vlysses, sunt apud nostrates permulti Philopseude, qui serulae manus subdixerunt, qui ingenij per spicuitate Thracia illa tua commenta subodorare possunt. nec si quid acciderit infortunij, ficulnum tuum auxilium imploraturi essent. Praeterea negat Germania, quod dicis, Hei mihi luculentam plagam accepit Germania, plagam accepisse. Siquidem nemo iure plagam aliquam iudicauerit Fatum necessarium, ac mortem illam felicissimam, quam tantam literaturae supellectilem generasse uidet. At quomodo homo sapiens, argutus, Germaniam totam coarguat, attendite. Quis bibacissimae Germaniae, uolui dicere, bellacissimae, semper hic erro, uulnus inferre ausus est? Tu homo considerate, prudens, quid dicas, perpende. Erras, si tibi Germania bellacissima uocanda est? Me Hercle, ut cum Martiale loquar,

Quæ tu derides, hæc timet ora Pater:
 Crede mihi, nec hodie à fortitudine Maiorum
 nostrorum degeneramus testis est Gentium do-
 mitrix Roma nisi Romam, nec Romanos esse
 amplius contendas. Bellicæ gloriæ primatus,
 Germanis nostris olim cecidit. Testis C. Marius,
 qui non impune quosdam Populos profligauit.
 Testis armorum ostentator Iulius, Testis felicis-
 simus Princeps Augustus, Variana solummodo
 infelix clade. Prætereo Aquilam, olim Roma-
 norum insigne, sacrosancti Imperij apud Ger-
 manos nunc indicem. Taceo fortitudine ac stre-
 nuitate in toto orbe partos Triumphos propa-
 gatam nobilitatem, quam etiã Germanæ æmu-
 lus, Campanus ille conticere nequiuit. Ac ne
 quid dicam de Mantuano Baptista, is etiam no-
 stræ ætatis Germanos, tanquam bellaces, ac for-
 tes celebrat. cuius ut uerba subnectã, facit tum
 Carminis elegantia, tum testimonij maiestas. in-
 quit equidem,

Verum Accola Rheni,

Gens durata gelu, genus insuperabile ferro
 Quod toties Romã tum, cū ditione premebat
 Europæ

Europæ, Libyæq; urbes, Asiamq; minorem
Terruit. hi superant Parthos, Thracumque
furores.

Quos Martem genuisse ferunt, hi spicula tor
quent

Penthesyleæa non inferiora securi:

Iamã autem, cū Christum uere cognoscimus,
gloriatio nostra, nõ in bello in pace autẽ, in cru
ce Christi sola est. sit penes alios gloria belli,
quos pax et gratia Christi latet. Satis hæctenus
fusum Christiani sanguinis. Fingite uobis uete
rem Italian, Romanæ urbis Ciuem * Somniate
Christi uicariatum, ac mirabili uestra bellacita
te Turcas Christianorum ceruicibus imminen
tes depellite. est

Ecce fugax Parthus, magni noua caussa Tri
umpho.

Reddite ueram pietatem, ueram fidem: reddite,
reddite reipublicæ Christianæ ueram pacem,
ueram unionem: quam hucusque timor Dei, pia
Germania, lachrymis extorquere nõ potuerūt.
nihil morabimur bellicam gloriam, sit penes uos
omnis. Reddite, quam possitis, concordiam Ec
clesiæ

clesiæ, tunc unâ ueterem Germanorum fortitudinem, uirtute, manu Dei locupletatâ, Christianismi persecutores, ut sæpius suo malo, inuitate, parè, uel gloriæ omnis acquisitionem integrâ relinquemus. Potes autè esse tam excors, ô Philopseude, ut non modo non huc pertinentia, sed maxime disiuncta, salsa, ac in totâ Germaniam debacchata diçteria euomas? ô impudentiam insignem, Bibacissimâ, Germaniæ, inquis. Sunt, si nescis Philopseude, uitia aliud nihil, quàm turgidi atq; concitati motus animorum. in his sunt, qui nimia appetitione inflammant, uinolentiæ, aut bibacitati, uti tu appellas, similia. Est autem uidere, nulli morbo obnoxia corpora, alieno uitio contacta nonnullis in membris sæpius uitari: sic Germani olim, uini usus prorsus expertes, proximorum morbo, membra habent aliqua læsa: quæ aliarû nationû intemperatiâ illecta, insuetos haustus uini, quos serò in precio habere cœperunt, probe ferre nõ possunt. Imo donû Dei ad lætificandum cor hominis datû, ac quemadmodû inquit Homerus,

ὄϊνον

Οἰνοῦ τ' ἀγρίου οἰοὶ ἀνδρῶ ποιοὶ διδωσιν
 δῶρον in ægritudine, temulentia scilicet cõ-
 uertunt, alienã enim sequentes immodestia, ut si-
 miã lotis oculis, sic pelluto largius gutture præ-
 da sunt. Vnde postmodũ citra æquitatẽ, ebrieta-
 tis accusantur etiã ab ijs, à quibus illæ si antea,
 uitiũ hoc contraxerunt. Ab aliorũ calumnia mi-
 hi temperabo, cæterũ tecum, qui præter ius pi-
 umq; maximo cachinno Germanus ebrietatem
 obijcis Philopseude, libet confabulari. De No-
 ah nullus mihi hic sermo, quẽ uini insuetos gu-
 stus satis declarare apertum est. Ostende regio-
 nẽ, precor, temulentia criminis immunem. Enu-
 mera ætatem aliquã, quæ conscientia uini indul-
 ti non grauatur. Homeri Imperator præstantis-
 simus Agamemnon, ab ipso Poëta οἰνοβαρὺς
 appellatur. Sed damus hoc uinoso, ut laudibus ui-
 ni arguitur, Poëtæ nihilominus Græciam mira-
 uoluptate potãdi præditã fuisse rerũ Scriptores
 tradiderũt. Nec Persis defuit ebrietas. Cyrus il-
 le junior regno se dignissimũ arbitrabatur, quòd
 plus Fratre uini potare posset, & probẽ ferre.
 Macedonũ uinolentiã Promachus demonstrat.

Ennius ipse Pater nunq̄, nisi potus ad arma
Profiliuit dicenda.

Narratur & prisca Catonis

Sæpe mero caluisse uirtus:

Iam optimi Patris degenerem Filium ante oculos
ponito, Ciceronem. Si autem Italiae ebrietas
tem cupis cognoscere, lege Plinium. Non satis
erat Italis, sese ad uomitum sæpius in die ingur-
gitaſſe, nisi & iumenta ui ad bibendum uinum
cogerent. Romanorum Monarchæ in maximã
uenerunt uinolentiam. hoc M. Antonius patro-
cinio suæ ebrietatis edito probat. Hispaniam Fi-
liacus, qui olim Sisaponem tenebat. Pannoni-
am, Bela Secundus. Boiohemiã, Vuenceslaus.
etiam extremi orbis homines, Britannos, Bono-
sus uinolentiæ accusat. Addum Plinij ipsissi-
ma uerba, Nulla in parte mundi cessat ebrietas:
Sed quid Veterum exempla recito, cum Recen-
tiorum tanta sit copia? Quid situ remotiores
enumero regiones? quum uitij huius maximam
partem è proxima atq; confini regione, ex Italia
scilicet, hæreditario accepimus iure. Maiorum
uitia, quis subditorum unquam difficulter imita-
tus

tus est? Quod igitur Romanæ Ecclesiæ mem-
brū, capitis mores, uirtutesq; non sequeretur?
Dedit Sartzanum nobis, Nicolaum Quintum
potando laudatissimum Virum. Venetiæ, Pau-
lum Secundum bibacissimam spongiam Floran-
tia, lulum, & sanguine & uino ebrium. Præ-
tereo alios uini gurguliones non instrenuos,
qui sanctissimam sedem Romanam tenuerunt.
& mirum tibi uidetur, cum Dei terreni pocula
miscent, quod homunculi bibunt? Postulabis
forsitan, meamq; requires modestiā, ne ob duo-
rum aut trium immodestiam Virorum, uniuersam
Italiā huius participem uitij censeari uelim.

Ὁ πρῶτον δ' ἰσχυρὰ ἐπος, τοῖον δὲ πᾶ-
κὸν σῆς!

Id ipsum tibi persuasum esse debuerat, quum to-
tam Germaniam tam leuiter atq; incogitanter
calumniareris, ob quorundam maximam Roma-
næ Ecclesiæ deuotissimorum bibendi licentiam.
Sed esto sane, plagam hanc, uulnus hoc Germa-
niam accepisse, lachrymis & squalore pœni-
tentiae deplorandum. nihilominus certo cer-
tius affirmare audeo, Optimates, ac Magistra-

tus Germaniæ Verbo Dei adhærētes efferuentem æstū huius luxus, grauiore pœna, q̄ ulla aut Lex Orchia, Fannia, Licinia aut Didia cohercere. At Sextilianū inter harum Legū limites continere, etiā Caio Principi tā difficile, quā facile uisum fuit Alexandro P. M. huius nominis III. seueritatē imminuere Legis Scantiinæ, igni cœlesti in tot hominū millibus uindicta. Quapropter ut ipse dicis Philopseude, Parū ciuilititer, et ut bene moratū decet hominē, Germaniæ sic apertè nō illudis. Postulatur enim ab omnibus, ut ab his se abstineāt maxime uitijs, in quibus alterū repræhendunt. Prouidendū est diligenter, si quē intemperantiæ accusas, ne materia illa temperantiæ, ut dicunt potentialis, continentia scilicet, tibi desit. Ego equidem gaudeo, in cōtagione uitiorū, id quod minimū ac tolerabilius est, Germaniā sortitā esse, doleo uero ipsam, propter quorundā intēperantiā etiā ab incontinentissimis accusari. Age, si tota natio ex uitijs quorundā æstimāda, non ne ut tu Germaniæ ebrietatem, alius Italiæ incestū, peruersam Venerē, mollitiē, ac huiusmodi sex mil-

lia vitia obijcit? Tu Germaniæ, infimorum per-
ditissimorūq; obijcis vitia: uos ipsi, pudet refer-
re, quibus Titulis SS. DD. VV. RR. PP. A-
lexandrum V I. Clementem VII. decorastis?
Non ne primus à Pontano incestus accusatur?
en habes Epitaphium Filia, Tumulorū Libro II.

Hoc tumulo dormit Lucretia nomine, sed re

Thais Alexandri Filia, Sponsa, Nurus

Item alteri, non ne *ωαδσπασία* obijcitur. lege
ipsius Epitaphium,

Is est, qui molles euexit ad astra cinædos,

Formosum à tergo munere iuuit Hilam:

Quæso, ne quis rapiat in contumeliam Italiae
(quam Altricē, & Hospitā Virtutū ipse exper-
tus sum) quæ hic impudentiæ Philopseudis obij-
ciuntur. Nō hæc in Italiā dicuntur, inquā, (nam
hoc crebro mihi repetendū est) sed obtrectatio-
ni et maledicentiæ huius opponuntur, ut alia ui-
ce habere rationē dicendi earum rerū, quæ ho-
neste effari possit, discat. & ut quā male cor-
di in lingua sedē struxerit, uideat. subiūgit enim
Ne, amabo te, mihi succenseas. nā si
quid peccatū est, lubricitate linguæ

peccatum scito. Ex petulanti stylo, ingenium facile perpenditur. Nam uitæ simulachrum, omnem animi uim in oratione perinde, ac in speculo repræsentari linguam talem unumquemque, quale cor habere orationem omnem, ex corde proficisci, Christi testimonio uincam. Progenies, inquit, uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Et Horatius Christi sententiam protulit,

Matth. 12.

Luca. 6.

Omne superuacuum pleno de pectore manat:

Non potes nisi tetrum, ac pestilens aliquid efflare. cor enim habes Philopseude, plenum liuoris, arrogantia, ac mendacij. amarulentæ loquentia satis aptum, ob hoc etiam pestilentius, quod laudis & beneuolentia fucum præfert, quum figurato morsu lædit, gloriosos illos titulos ad fingendo. quos etiam in uita hac, adhuc si esset ERASMVSNOSTER, agrè ferret, lubesq; resignaret. Inquis enim, Sed heu me miserum, lumen amisit suum mea Germania. Inebriati olim eramus poculo Circes Romanae, ac de uino prostitutionis Babylon, magna matris

tris scortationū pugnantis cum Agno sediterū
 sobrii facti, haud ignari sumus Philopseude,
 quid Deo, quid homini debeamus. Lumen Ger-
 maniae appellari quenq̄, praeter Deum opt. max.
 et si forsitan delicatioribus receptū, attamen e-
 thnicus est Gnathonismus. Lumē Germaniae,
 est lux illa totius orbis, lux illa uera, quae tandē
 tenebras nobis depulit, quae somnū nobis excus-
 sit, CHRISTVS IESVS cui gloria sit in a-
 uū, et in secula, amē. Ornamenta sua pre-
 clara, exclamas, perdidit Germania.
 Nec hoc uerū esse fatetur Germania. Amavit
 ERASMVVM Germania, ob literarū praestan-
 tiā. Nobilitauit Germaniā, ornauit Germaniā
 ERASMVVS, literarū praestantia. Migravit, nō
 adamatū remansit, quod amabatur. Quid igitur
 amisit Germania? PRIN. INVICTIS.
 CAROLVS noster, à Clemente Pontifice co-
 ronatus (si Dijs placet) ob obitū Papae, Imperij
 amisit diademata. Admiranda, me Hercle, colli-
 gendi figura, sed tali Philosopho digna. ut argu-
 mentatur? Squalet nunc tota, in sordi-
 bus iacet. Quae omni disciplinarū genere flo-
 ret?

ret? In luctu iacet. Causã arbitror esse, quã
 huic seculo subductus est Vir pius, in quo opti-
 mo cuiq; pessimè est uel quod sentiamus, optime
 cum illo actum esse adeo, ut gratulari magis,
 quàm misericordiam illi impertiri memoria no-
 stra decreuerimus. Vnius hominis Fato
 tota miserè infœliciter corrui. Bene, si
 ex superstitionis, et Barbariei luto sese erigere,
 corruere est. O sapientissimam tuam sapientiam
 per exiguã authoritatis haud dignam, ô huma-
 nitatem tuam non uulgarem, ipsis Charitibus
 meritò commendabilem qui Leuamenti ali-
 quid ex insperato, nobis adferre te posse,
 nobis polliceris. Tuis uerbis utar, Mitte mit-
 te hãc ex animo tuo curam, atq; istã
 quam tam benignè polliceris, ope-
 ram in aliud tẽpus differas suadeo.
 leuiori enim leuamento luctui Germaniã cõsu-
 lueris, quàm peruersæ tuæ maledicentiæ medea-
 ris. Cõsolamur enim nos honesta fama, immor-
 tali nomine huius Viri quũ tu nihil aliud nisi a-
 pertissimum damnum, grauissimam iacturam
 mortis sempiternæ luctum, & fœlicitatis per-
 ditionem

ditionē tibi cōparare possis illa tua maledicētia,
 quæ curari, uel tantillum imminui non potest.
 Cur nō? inquis. Tute tibi ipsi respōdes. Quo-
 niam morbus indies magis ingrauef-
 cit, atq; iā in intimis uisceribus, et me-
 dullis radices suas egit. Scis quoq; Physi-
 corū gloria unica, ac doces, quod Ex pertur-
 bationibus morbi cōficiuntur pluri-
 mi, quos tu nulla arte pellas, nulloq;
 præsidio remoueas, ubi semel irre-
 pserint. Præterea, quod calumnia, nō recipit
 Pharmacum* medicina quomodo, anteq̃ totam
 absorbet, reuomat, scis. Vnde nō leuissima apud
 doctiores quæstio, An maledicētiæ uitio, aliud
 immedicabilius? Et heus tu ominū captator, cū
 subiūgis, et cōquereris, Quod immortalia
 Numina huius Viri interitū signifi-
 cationibus clarissimis nō denuncia-
 uerint. Mirari ego cogor, & tuam requiri in
 Matthesi industriam* uidetur ne tibi parum præ-
 sagij obitus sui præmisisse, cum septuagenariā
 illi attribuere ætatem? quando quidem Senectus
 ipsa, si ipsi ERASMO fidendum,

Iam præteritis uernantibus annis

Vitæ monet cadentis :

Quid, si ostento quodā denunciaſſent obitum?
 Minus moleſte, quicquid procellæ
 ingruiffet, pertuliſſem. Improviſum quæ
 procella te obruit? Viri clariffimi calami
 tas. Næ tu admirandus homo, quum ERAS-
 MVS noſter, nec exul, nec ſeruus, nec cæcus,
 nec debilis, ſed omnium liberrimus, integerr-
 musq; fuerit, tu tamen calamitatem illi adſingis.
 Satis uideo, pium uideri, minime te ſtudere plus
 laudis habere æſtimas Latinum, quàm nomen
 Chriſtianum. Nemo enim Chriſticola, eum
 qui diem ſuum obiit, interire dicit ſed omnes
 Chriſtianos in Chriſto obdormire dicimus, et
 credimus. Hoc eſt autem, quod ualde miror,
 quod Diuinus ille tuus Cicero tantum tibi olet,
 ut magis hic Grammaticum agere uelis, quàm
 Ciceronianum. Nam Cicero Mortem, commi-
 grationem quandam, non interitum eſſe contē-
 dit tu autem Medicum exuis, Grammaticum
 referens quod medium aliquid inter animam,
 & corpus eat, mortem interitum appellas. Cū
 etiam

Libro Pri-
 mo Tuſcu-
 lanarum
 Queſtio-
 num.

etiam nō desunt, qui, ut sunt contentiosi Gram-
matici, anima & corpore destrui, interire esse,
& aliud nihil contendant. quod si de ERAS-
M O nostro intelligis, impiissimum est, ac auri-
bus abominabile, nec ex tuo foro: nam iudicari Matth. 7
homines ab homine, Christus uetat. Subit hic
quoq; timor mihi animum, ne te morbus, quem
Græci ἀκούω μὲθ' ἑνὸς dixere, habeat. paras e-
nim ὀ Zenothemi calicem abijcere, uociferādo
Expedi, nisi fortassis nulli calicem
cupis impingi. Sequetur, ni fallor, uomi-
tus, ὀ Lapitha. ferreus enim non es, ut ipse ais,
adeo, ut et ego omniū te corruptissimū fermē de-
terarem. Lachrymas scio, ὀ Bassiane sed Croco-
dili, dum audis ERASMVM mortuum, lachri-
mas emittis. Audite, rogo, ὀ candidissimi, Nō
satis (inquit) à me cognitus erat. Tanto
impudentius tibi ipsi blandiris Philopseude, fa-
mam arrodendo incogniti. nam iudicio non di-
cere, sed falsa omnia, ac quæ in mentem tibi ue-
niunt, euomere cogeris. Mentis autem tuæ co-
gitationes, aliud nihil, nisi peccatū ac abomina-
tio esse possunt. coram enim blandum, & Ami-
cum

cum te ostendis, quum falsum dieterium ullum
 perdidisse, religiosum putes. statim enim Func-
 brē meditaris orationē, sed qualem uidebimus.
 Legi (inquit) nonnulla eius hominis
 scripta, quantū timide & diffidenter.
 Puto linguam: hucera enim attacta, magnū mo-
 uēt dol. ē Audax me Hercle, es homo, nō timi-
 dus, qui cum non omnia legisti, de omnibus scri-
 ptis ERASMI pariter paulo post tuum calcu-
 lum adfers. audaciorem autem te iudico, quōd
 nonnulla legeris. quum periculum sit, ne pars
 lucelli tibi pereat, si quando à patientibus (utar
 uocabulo Medico) illis familiaribus tuis Mona-
 chis, in lectione Erasmicorum Operum occu-
 ratū te depræhēdi contingeret. Percrebrue-
 rat enim (inquit) non incertis authori-
 ribus rumor, ex eius fontibus hausisse
 Lutherū, quicquid dogmatis suis im-
 miscuisset scriptis. Nec certis, quōdem aut si
 certis, haud fidedignis, maxime autē ab istis μα-
 ταιολόγοις, quos tu nonmulto antea mihi cō-
 memorabas, adhæret enim uitio huic uanitas, i-
 gitur nisi inania, emētita, & infrugifera effuti-
 re nequeunt. Quo autem argumēto potes hæc

assumere? Pari scilicet, Philopseudes periodos, incisiones, sententias, denique uocabula omnia Ciceroni suffuratur. Ex suffuratis, calumniarū struit aceruum. Ergo scripta Ciceronis, meras crepāt calumnias, ea propter diffidenter sunt legenda. Bene. Melius autem, si nō solum Natalis Beddæ Tragcedias, sed ERASMI defensionē quoque legisses, proculdubio fontis haustus. Lutheri uocabulum uel obticuisse, uel in alium reseruasses usum. hanc ō candidissimi ipsi uidete, uanissima enim, et ipsissima hæc calumnia, ab ERASMO olim satis delitigata est. Quantum enim ad Lutheri, uel in Romanā Curiam, uel in quorundam superstitionem, uel in condonantium, quas uocāt indulgentias, commenta, inuētūā attinet, Annales superflue respōdent. Fere Anno à nato Christo, à sesquimillesimo, sesquicētesimo qui de publicis Rom. Curie malis, scripserunt. Vitæ dispendio alij anno post quinquagesimo Pontificum Vitas, Traditiones, constitutiones, omnino non probarunt. Quarto anno postquam Sixtus IIII. R. P. uenias per orbem uenundare cœpit, palam reclamatum est. ex his Lutherum sua haussisse, Theologi Parrisi-

enses, quibus equidē, ut par est, maius tribuo iudicium, testantur. Sed totus es Romanus, Philopseude cū enim tibi de Germanis mentio, cum in Germanos inueheris, notulis & characteribus uteris ignotis, quas nec apud Probū unquā inuenire quivi: ais enim cum tibi de Luthero sermo, Quem s. P. Q. R. damnauit. Fateor autem, in Exemplar non optime castigatum me incidisse, unde cum Oedipode mihi opus esset, ipsum persanctē negantem audiui, has quatuor literas aliam, quā hanc interpretationem, nempe Stimulatus Pontifex, Quæstionariusq; Romanensis, non admittere. Quanquam non deerant, qui Senatui, Populoq; Romano tantam uolebant inurere notam quod quidem admodum impium mihi uidebatur, quum ipsi olim Romæ degentes, Ciueis permultos, qui Romæ Curia pestē magis, quā Lutheri dogma auersabatur, cognouerimus. Præterea stultissimū est, Senatui adscribere Romano, cū Senatus nō extet Populo Romano tribuere aliquid, cui nulla sit omnino Romæ potestas. Nam Platina Teste, uetulus ille Bonifacius Nonus (ut ita loquar) iuueni-

nisimus vim omnem Populi Romani in Pontifi-
 cem transtulit. hinc & meo calculo, primæ in-
 terpretationi accedere cogor. mira enim Romæ
 colluies eorum, qui fortunas aucupare solent,
 reperitur. Nec contemnenda summa pecuniæ,
 Lutheri doctrina Romanæ Curiaë Officiarijs
 decidit. unde eorū suffragijs, qui hisce nundinis
 viuunt, facile damnatū credere possum. an iure
 autem, ipsi uidebunt. Cæterū haud dubiè perie-
 runt, si sic Lutherū iterū uicerint. Dicitur au-
 tē, satis scio, es ἀπεροδιόνοσ αἰσῶν. itaq; recur-
 ro ad Dialogū, Vir enim (inquis) pietate.
 Tanto magis innotescit pietas ERASMI, quan-
 to plus tu os impudens, impiū, in mortuos debac-
 charis. Mortuo enim nullo unq; noster fuit mole-
 stus. Rempub. nullam taxauit uiuens, nec aliquē
 calumniatus est. Addis, Doctrina. adde etiā
 ea, quæ in uirtute, et industria collocata erant.
 non, ut tua ad maledicentiā, comparata. Uirba-
 nitate multa admirabilis. Dic ea ipsa
 quæ, à qua tua illa lepiditas degenerat multū: ea,
 quæ et docto, et ei qui inter doctos uersabatur,
 digna: ea, quæ et ueri, et iucundi erat plena. Ad
 iocos

iocos natura propensus erat, sed piè iocabatur,
 ac tã urbaniter, ut nemo hominũ sua uitia absq;
 læsione non legere nemo, citra uberrimã utilita
 tẽ, ciuilem lepiditatẽ suam enucleare possset. An
 nectis, Is rem literariã à foedissima Bar
 barie uindicauit. Hoc cũ multis habuit com
 mune, cõiunctus enim atq; cõsociatus fuit erudi
 tis omnibus, in literario negotio. Laudem hic tuã
 non moratur, iniquẽ ferret, si adhuc uiueret, sibi
 soli hoc subsidiũ ascribi, quod Lucubrationes e
 ditæ demortuo auferri nõ patiuntur. Quẽ enim
 modestia propria, nulli opposuit doctrina, nemi
 ni postponit. Nunc autẽ animã efflauit,
 in Beatorũ sedes rectã cõuolauit. qd
 certẽ nõ contigisset, si uel tenui hære
 seos suspitione imbuta esset. Dominus
 est, cui stat, aut cecidit. Si autẽ qui bene uixit, op
 timẽ moritur, nõ nisi q̃ optime, de ERASMO
 stro, nobis persuadendum est. Suspicio autẽ, et si
 uehemens, nõ condemnat, unde ea nõ probata, lu
 dex procedit iustaq; talione hæretici appellaren
 tur, qui hæreseos ERASMVVM incusarũt. Ais,
 Paulo uero antea q̃ moreretur, de tri
 bus animorũ uehiculis, decp ipsa im-

mortalitate multa memoriter & iucunde enarrauit. Quid hic dicam Patres optimi, inuidia ne magis hic, an incogitãtia laboret Philopseudes? Tritum est Prouerbiũ, Fabro, Fabrum inuidere. Noster hic Philopseudes, Nicolao Leonicensi, Physico suo ætatis doctissimo, laboriosissimas uigilias surripere conatur. scitis enim hunc, De tribus animæ uehiculis Dialogum, ut omnia, elegantẽ scripsisse. quod si clam Philopseude nõ est, uos qua inuidia Physicus (si Dijs placet) Physicũ prosequitur, non latet alioquin manifestissima est huius ignorantia, cũ ERASMVS, qui hoc nomine nominari possit, Libellum scripserit nullum. Scripsit autem, quam anno tertio post, piã, & bonã probauit factõ, Cygneã illam cantionem quomodo se quisq; debeat præparare ad mortem, de immortalitate, et animi æternitate eo quoq; in loco Christianè, ut nusquam non disserens. Etiã in agone constitutus, dolore oppressus, non ut tu dicis, Conscientiæ rectè factorũ, sed fidei in Christo innixus præmium nullum, sed gratiã & misericordiam Dei expectans. Hæc ut ipse ais,

Illi dulcem, & optabilem ipsam mor-
tē, quę alioqui formidolosa esse solet,
efficiebant. His præsertim, quibus animæ im-
mortalitas risui est. Aures arrigite ô cādidissimi,
iam incipit Philopseudes Christianus fieri de-
plorat enim Reipub. Christianæ detrimentum.
exclamat enim, Huius interitu magnā
mediusfidius res Christiana damnū

- Philip. 1. fecit. O te piissimū hominē. Dissolutionem ap-
1. Corin. pellat Paulus, corporis huius mortem. sed eam,
15. quam aliquando ad glorię societate iterū cum
anima coniunctā sperandum sit, hic Philopseu-
des Finem cōnexionis rerum mixtarū, mortem
interpretatur. quum etiam apud Ethnicos peri-
re, quā interire leuius sit. Christicolis autē pe-
rire, etiam deploratissimum. Sed hanc tuam phi-
losophiā Epicurisce, alibi quoq; habuimus. unde
negare nequeo interitu ERASMI, si interijt,
rem Christianā ultimum damnū fecisse. Quæ
enim uita futura erit, cum mortui interimus?
Absit autem interitus mentio, ubi argumentum
rerum sperandarum, ubi firma resurrectionis
spes uiget. Amoue quoque Philopseude, amo-
ue

ue Bassiane odiosæ superbiæ Epitaphia à piorū
 humilitate longe aliena. quem Plautum, quem
 nobis facis Nævium? Lugent bonę artes,
 tam disertō Patrono destitutæ squalent
 Literæ sanctiores, pullatæ incedunt
 Musæ. Satis est ornasse, à quibus ornatus
 fuit talentum sibi commissum fcenore ma-
 ximo reddidisse. pariunt enim hæc apud homi-
 nes iocundã, et non luctuosam memoriã apud
 Deum serui fidelis præconium, & gaudium Do Matth. 25.
 mini Dei nostri. Sed perge. expectamus enim,
 quem ordinem hic, ut polliceris, servare uelis.
 Quid autem est, quod inquis, Modò ut
 possim. Qui sic? oportet enim te, ut par est,
 tuo instituto satisfacere, ac certa de obitu hu-
 ius Viri scribere posse. At inquis, Metuo,
 ne doloris acerbitas memoriæ sen-
 sum auferat omnem. Non est, quod do-
 leas Bassiane, quem interiisse affirmas. magis
 autem credo luoris acerbicatem, sensum om-
 nem tibi surripuisse. Vos ô candidissimi, au-
 res præbete, quæ uel recta, uel incerta dicta,
 hic eblateret. ait enim, Itaq; quum supre-
 d 3 mum

mū adesse diem diuinaret, illis accer-
 sitis, quos suis consilijs intimos habe-
 bat. Vbi tunc agebat Philopseude? quos habuit
 intimos? poteris enim multa probare, si Testes ad-
 duxeris. Nescio, inquires. Bene. è tuo igitur pro-
 fers thesauro, quicquid in buccā uenit. Scio. E-
 differe igitur. Nolo. Ob quā rem? Prohibet ueri-
 tatis transgressio. Age, narra. Testamētum
 sic conficit, ut nullū neq; nostra, neq;
 Patrū memoria sanctius fuerit confe-
 ctū. Velis nolis, uera fateri cogeris Philopseu-
 de. nā pio instituto piē paratas facultatulas, pijs
 sumnt: pietate distribuit. Lustricam pecca-
 torū confessionē adhibet. Audio, nimirū
 ipsam, quā in *δζομολογῆσ* q̄ ipse olim descripsit,
 ac in Libello De Præparatione ad mortē tanto-
 pere laudat. Mysticū panem assumit. Te-
 neo. at eundem calici mystico coniunctū, arctis-
 simā membrorū societātē representantem. In
 Deū opt. max. cogitationes omnes
 cōfert. In hoc equidē mihi uideris Philalethes.
 ō ipsissimam ueritatem. Non se respicit. Ni-
 hil noui, Philaletha. studia enim publica nunquā
 non

non, Christi gloriam semper, seipsum autē nunquam coluit. Non sua amplius peccata. Iustitia enim sua erat Christus, copiosæ & immensæ misericordiæ Princeps. Quibus fortasse nemiū perterrebat. Homo fuit, qui si cū D. Paulo dicere potuisset, Nullius mali mihi conscius sum addidisset, Sed in hoc non iustificatus sum: Christum solum cogitat, illumq; ob oculos habet. Quid ni, optimum Dominū, exorabilem Iudicem, Aduocatum unicum, & gratiosum in oculis habuit. Non uideo, quibus rationibus Erasmus nonnulli Lutheranarum partium affirmant. Si æmulum legis calumnias, compendiosa uia est, qua cognosci possit, an iure ipsum incusent: si inquam, Apologias ERASMI legere non fastidis. Quomodo enim fieri potest, ut sit Lutheranus, è cuius scriptis, ut paulo antè mentiebaris, Lutherum dogmata sua fulcisse uolunt, & exsuxisse. quanta hic confuso? iam Discipulus, iam Magister est Lutheri ERASMVVS. Quid audio? iam uiuit, iam mortuus est Arsenius. Nasum, pre-

1. Corin.

4.

Heb. 4.

cor, Philopseude, uitreis orna conspicillis, nul-
 lum Lutheranismi in Lucubrationibus ERAS-
 MI omnibus tibi apparebit iota imò etiam ueræ
 confessionis modum pium, ibi descriptum inue-
 nies. nã ut uideo, maxime tibi probatur auricula
 ris illa cõfessio. Sed quod cõquereris, in tēpora
 nos incidisse durissima, experientia ipsa docet.
 olim enim erat crimen, famosos dialogos sparge-
 re, nunc tibi ipsi uidetur lusus festiuus. Te enim
 hominẽ lepidũ uidemus, ut alios nihil æquẽ oble-
 ctare ac ipsum calumniandi studiũ. quo totus fla-
 gras, homo cautus, ac prudens, mendacijs & im-
 posturis plenus. Quã uerẽ enim, q̃ lepide nobi-
 scũ agas, age ostendã. Optarem autẽ õ candidis-
 simi, dũ mortui huius calumnias uitare nequeũt.
 saltẽ à uiuis, illiberalibus suis mendacijs abstinere.
 Vos ipsos, uos (inquã) ipsos iamã hostiliter
 laceratos sentietis. Nemo nõ uidebit hunc men-
 dacijs tã uasfrẽ pugnare, q̃ fortiter ueritate illi re-
 sistere possumus. Nemo Miles patriã, Parentes,
 Coniugẽ, Liberos, aras, focos tam pertinaciter
 unquã defendit, q̃ impotẽter hic parricida Αλκ
 θείου, quã sibi Matrẽ finxit, cognomẽ ab ea mu-
 tuauit.

tuando impugnat. Sine stomacho, sine dolore,
 Viri cādidiſſimi, dicere nequeo, quā callide, q̄
 uafre. imō quā nequiter aſtimationi ueſtræ,
 nigerrimā notulam inurere quærat. Rogo uos
 per Chriſtū, excidit' ne ERASMO uox ulla,
 quæ animæ immortalitatem in dubium reuoca-
 re potuiſſet? Quæſo, huiusmodi philoſophia im-
 butus, familiaritatem uel ueſtram, uel ERAS-
 MI demeruiſſet unquam? Obſecro, in tanto
 Theologorum diſſidio, hoc ſeculo Germanis
 hæreſis iſta innotuit? Sed quō rapior? penè exci-
 derat, quibus loquerer. Ignofcite ô cādidiſſimi,
 hic enim ſubdolo ſuo calumniandi genere, huc
 me impulit. ſi quid erratū, ſi peccatum aliquod
 non mea, ſed huius culpa eſt. Introducit enim
 ERASMVM iam morti propinquū uos ſic allo-
 quentem, Facitis profectò iſtis lachry-
 mis, ut mihi ſuſpicio inſiciatur, deſpe-
 rare uos de illa mortuorū excitatio-
 ne. Dandum hoc omne eſſet maledicentiæ, Pa-
 tres optimi, ſed dignitatis ueſtræ ratio habenda
 quoq; eſt. Nemo unquam uel tenuiſſima ſu-
 ſpicione eiufmodi opinionis, uel pietatem, uel in-

tegritatem uestram aspersit. Sex mille persuasi-
 ones pullularunt, nemo autem tam demens apud
 Germanos, qui huius doctrinæ aut Præceptor
 aut Discipulus esse uellet, inuentus est. Præte-
 rea, quo minus ERASMVS noster eiusmodi
 suspicionem de uobis in pectus suum candidum
 demitteret, partim animus, huius dogmatis ni-
 hil sibi conscius in causa fuisset. (Minime ete-
 nim suspicax est, mens sibi bene cōscia) partim
 quod parum sibi dignū uisum fuisset, tales tā in-
 tegros Viros suspiriosa oratiōe alloqui. Quid,
 quod præter te, ô Amorbachi candide, ac Hie-
 ronymum Frobenium, Episcopium, paulo ante
 quam defungeretur uita, nemo intromissus est.
 Intromissi, per candorem uestrum, præter reli-
 giosi animi exempla, præter Christianæ patien-
 tiæ documēta audistis, uidistis ne aliquid? Quid
 igitur hic ista cōsolatoria, nō ex Ciceronis, nō
 ex Quintiliani præceptis, nō ex ore ERASMI
 elaborata, sed propria maledicentia exarata?
 Facile igitur, ut par est, furentes ac uiolaticos
 impudentissimi huius hominis sermones, de
 Republica benemeriti, & charis hominibus
 Lector

Lector æquus, si sinistra nulla me fallit opinio, spernet. Cōverti in illum enim possunt omnes, qui non semel interitum pro morte Christiana, nominare auditus est. Deinde etiā uiciosissima ac maximè prophana illa mortalitatis animi opinio, ortum habuit, uiguitq; diu iam inter illi quàm nobis proximiores. Iterū igitur mihi repetendum est, de mortuorum excitatione, nullum esse dubium nec interitus mētio ulla, ubi Christus magis quàm meretrix illa Babylon colitur. Iam uero quod subiicit, Oculos habebat in cœlum sublato, de contemptu mortis, de spernendis diuitiis agens. Id etsi omne egregiè ementitum nescirem, cuiusmodi esset, intelligere non possem. Subiungit enim, Quid plura commemoro? nihil omisit, quæ à Christianis hominibus proficisci solita sunt. Bene, quid plura? Num enim qui docet, in corporis secessu, omnes esse curas abigēdas, magis uerbis, quàm exemplo doceret? nū qui docuit, doloris sensum, haud nō admitti, sed sistere debere?

qui

qui hominibus lachrymas non ademit, sed solatia
 admittere iussit? qui felicitatem sibi ab æmu-
 lis inuideri, contempsit? de Amicis, quos ex se
 æstimauit, tale quid suspicatus esset? Qui sum-
 mæ læticiæ suam, quã in CHRISTO IESU so-
 lo habebat repositã, nec Sathanæ minis cobibi-
 tã, nõ lachrymulis contaminare pertulisset? nõ
 inquam, ægrè tulisset homines esse, quos ha-
 buit Amicos? Iam si adfuissent, qui fleuissent,
 commutationem optabilem, an potius dirempti-
 onem usus dulcissimæ amicitie deplorassent?
 non inquam, cadit in hos mores, in hanc uitam,
 in tales homines ista suspicio. Noua autem, in te
 uerò est inueterata ac singularis importunitas,
 inauditis mēdacijs ardēs. Nolite ò candidissimi,
 arbitrari hominē hunc, ut diſteria eius arguūt,
 repēte mutari posse. ut aiūt enim, καλεπεὶ ἄρα
 ὡς κὺνα γέῤῥα. Nã mentiēdi morbus, ut usu
 in naturam transit: sic uanitatē gignit, cuius
 propositum ipsum futile est, leue, inane, ac ua-
 cuum fingens, quæ nusquam sunt: ea mentiē-
 s, quæ fieri, aut esse nequeunt. Quod quidem hic
 noster satis docet, inquiens Ad insperatam
 eius

eius mortem accesserunt in Erasmi
 mortuum Monachorum iniuriam. Quid
 his euanidum magis? lactat Anthemonides ille
 Comicus strenuitatem suam, ac in cœlum ef-
 fert, uisco & fundis in pugna Penthetronica
 uolaticorum occidionem Pyrgopolinices quot
 uno ictu macharæ suæ per quam hebeti, neci
 dat? Ambo me Hercle militariter, suæ enim ui-
 tæ instituto impensè, magnòq; cum studio oble-
 ctantur. Professionem ergo mentiendi si quis se
 bi uendicat, partes suas ut tueatur, quoq; oportet
 in promptu enim est Aristophanicum illud Εἰς
 Αλοῖ τῆς ἡπὲρ ἕκαστος εἰδὲν τὴν ἄνοιαν. Philopseu-
 di igitur si quis artis huius primas præriperet, Io-
 uis fulmen surreptum nemo temere affirmaret. nã
 hucusq; nil nisi mera ac impudentissima menda-
 cia audistis, maliciosius ad huc mentiendi studi-
 um audituri. An non maliciosum est mendacium,
 quum quis sciens ac prudens mentitur? si Philo-
 pseudi constat de morte ERASMI, quomodo,
 ubi mortuus sit, eundem fugere potest? Si Basi-
 leæ in hac inclyta Ciuitate (quod quidem sup-
 primit) uita defunctum audiuit qua fronte igi-
 tur

tur insignibus iniurijs à Monachis corpus E-
 RASMI tractatum esse scribit: quum nec ordi-
 nis ullius secta, Ciuitatem hanc inhabitet. Si
 uero illum hæc omnia fugiunt, nonne Dialogus
 uanitatem impudentissimi huius Bassiani do-
 cet: cum fingit, quod me tacente ab omnibus re-
 dargui potest: quum scriptis asseuerat, quæ nus-
 quam acta sunt: quum non pudet illum pronun-
 ciare, quæ omnes sciunt esse falsissima. Nō mo-
 rabimur uos amplius ô candidissimi, miremur
 potius iam, quæ ipse pro miris deblaterat. inquit
 enim, Mira affers, sunt tam impij Mo-
 nachi, ut defuncti Erasmi nulla sint
 misericordia perculsi: ut in illos sæ-
 uiant, qui iam lucis usuram reddi-
 derint: Tuo te gladio iugulas Philopseude, ne-
 mo negat te esse impijssimum, qui sic in ERAS-
 M V M mortuum animi furias egeris. tamen
 mirum nihil est, quod profers: nã peiora cucul-
 latorū pessimi olim ausi essent, ac si cōmoditas
 illis affulgeret ullâ, etiamnū crudelissima quæq;
 auderent. Viuente enim ERASMO non defue-
 runt, qui soricum more stridentes, metu consci-
 entie.

entia demētati, quicquid in pessimos scriptum
 erat, in illos ipsos quadrare denunciarent, præ
 uaricationibus omnigenis tela cōiecta amoliri
 conantes. Proculdubio quoq; si tātillum adhuc
 haberent autoritatis, crudelitatis genus nullum
 (nam ut Græcum habet Epigramma,

Ὅτι καὶ αὐτοὶ

Νεκρῶ σῶμα λέοντος ἐφύβριζον λαγῶνι,)
 intermitterent fucatam illam sanctitatem, qua
 iam aliquot secula hominum simplicitatem (de
 malis loquor) decepere, sæuitiam suam exquisi-
 tissimis exemplis satis demonstraturi. Ipsis-
 sima impietas (inquit) sunt Germaniæ
 Monachi. Permulti sunt, quos unico uerbo
 huic opinioni cōciliares nec sententiæ tuæ alie
 nos haberes, etiā si addidisses (quod uerū esse,
 nunquam potest) nusquam bonū inueniri Mona-
 chū. tantummodo uide, ne plus nimium dissimu-
 les Νεκροσπορεύει. Vtcunque autem, malum
 agis Patronum, qui mercedula quadam condu-
 ctus, ni fallor, ut somnia Monachorum descri-
 beres, ipsorum infamiam renouas. tales autē an
 sint Germaniæ Monachi, nescimus. nam ocio-
 forum

forum collegia iam dudum abrogata sunt hic, et
 alibi ubi Christi Operarij laborant optarem
 autem, nullibi quàm in Germania peiores inue-
 niri Monachos. Sed audiamus somniantem, quis
 enim somnia esse negaret, quæ sequuntur? Cũ
 primum rescitum est, extremũ effla-
 uisse halitum, uidisses illos cũ Muli-
 erculis, quas ex stultis insanas faciunt
 exultantes. O te *πολυμήχανον* calumnia-
 torem, qui nec in somnis calumnijs abstines. O
 Diuinum Vatem Lucretium illum, qui somnium
 tuum tot seculis præuidit. inquit enim,

Et quo quisq; ferè studio defunctus adhæret,
 In somnis eadem plerumq; uidemur obire:
 Quam multiplex sis calumniandi arte plus,
 quàm ut dissimulari possit, hic innotescit. depra-
 uas enim referendo, quæ ERASMV S scri-
 psit, ut non ipse scripserat, sed ut sunt calum-
 niæ accommoda. Non tibi satis est, toties ab E-
 RASMO responsum, De pijs se nihil loqui,
 sed impostores ijs similes, qui te subornarunt,
 ut digni sunt, notare. Quodq; ex stultis insanas
 faciant Mulierculas, etiamsi ERASMV S
 tacet,

tacet, affirmare ego audeo. nã memini in Italia
 à quibusdã Mulierculis, si quem hominem bene
 curatã delicatãq; cutis, ac Veneri apto corpo
 re uidebant, ipsum sanctissimis illis, quos habe
 tis, patribus æquiparari. Prouerbiũ illud uulga
 ri ipsarum lingua tractantibus, O ch' carne d'
 frate. Μεταμόρφωσις igitur hæc, quod te tan
 tum exagitet, nihil est Philopseude. maiorem
 nobis admirationem adfert transformatio illa,
 quod Monachi (quo uocabulo nos cantherium
 uocitamus) tam scitos apud uos se præstãt emis
 sarios, ut etiam lupã omnes Venerẽ eorum lau
 dent: quos (ut ipse dicis) sese tam immoderate ia
 ctare facile credo. sæpius enim Caligulã triũ
 phos imitatos audiuimus fuerũt enim inter eos,
 qui etiam donatiua dare consueuerunt ijs, qui
 ERASMVM uel uita functum, uel opprobrijs
 affectum mentiebantur. Quid mirum igitur,
 cum exequiã illi etiam antiquissimo ritu per
 actã sint, ac uerẽ, quod tanquam amentes,
 sese etiam adfuisse somniant: quod acriter mo
 mordisse, arrosisse putant, de funeris, de tedarum,
 & huiusmodi spectaculorum pompa uerã
 e senten-

sententiam? Mirarer ipse profecto, si requiem
 precarentur ei, quem calamo, & insania ipsorum
 aspergillo, toties in literarum optima tranquillitate
 obturbarunt. si lucem optarent alteri, qui
 tenebricosissimis huius mundi inuolucris capti,
 nec lucem ambiunt, nec pati possunt. Quas lite-
 ras in precio haberent ij, quos ipse impios, male-
 sanos, sacrilegos, amentes appellas homines. qui
 Neque quid iustum sit, norunt, neque
 quid sanctum peruertunt, corrumpunt
 omnia. Hoc ipsum ego nesciebam, sed iam tibi-
 ipsi credo, clientulos tuos, Nihil quod aut
 per naturam fas sit aut per leges ullas li-
 ceat, delectare. sed de his ego quid plura? Ita
 me Christus amet, ut tui me miseret. Sunt, qui im-
 prudenter mentiuntur, non sine rubore sunt, qui
 uera sibi uidentur dicere, etiam cum impudentis-
 sima mendacia effutiunt sunt, qui non sentiunt men-
 daciū, ac tanto securius absque cautione peccant.
 Te uero nihil pudet, tibi conscius mentiris. ac
 tantum abest, quod mendacium præcaueas, ut
 etiam quouis modo uirulentissimam ac plusquam
 scurrilem scurrilitatem tibi inesse docere stude-
 as.

es. Vide, quæso, ut cum Tibullo loquar, quàm

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte:

Habita est (tua sunt uerba) ab Adolefcēte gratioſo Funeris oratio. Quem hīc nobis narras Socratem, quem Alcibiadem? Adolefcens, omnem huius uitæ decurſum expromeret: quem pī pariter & docti Viri omnes, nullo artificio, nulla gratia, nulla copia perueſtigare potuiſſent. O te puerarium, qui Adoleſcentium ingenijs tantopere delectaris. Habita eſt Funeris illa oratio, à piſſimo Viro, Oſualdo Myconio Lucernano, ſummæ Eccleſiæ Baſilienſis nō pœnitēdo Paſtore. Verborū illa puritate: Qua nimirū ad debitas gratiarū actiones Deo opt. max. qua ad congratulationem requiei defuncti, qua ad ſcelicē agonis curſum pī omnes accendūtur. Eoꝛ ſententiā uerborū que apparatus. Quo nō modo quotānis, ſed indies in Chriſto obdormiētes, ſepultura tradūtur. Rogo te, cōſidera, qua fide omnia effundas, qua ratione mihi ſint defendēda, quæ obijcis. nemo enim nō ſentit tua dicta, nō modo pungere, imō urere, puſtulas inducere, uellicare, apertaꝛque

petulantia, morsibus uiperinis lædere. Nō usq;
 adeo est tutū, dicere in ERASMVV quiduis,
 quasi referre non possit. ad omnes enim bonarū
 artium amatores et Amicos, hæc pertinet iniu-
 ria. Subijcis, Commendabat facundus
 Orator, hominis castitatem illi, tur-
 pissimam libidinem obijciebant. Au-
 debo uos ô candidissimi, quorū maior pars per lo-
 gam cum ERASMO familiaritatem habuit au-
 debo & alios Viros præclaros, qui in uita hac,
 adhuc aura fruuntur, quorum pleriq; cōsuetudi-
 nem cū ERASMO nostro habuerūt interroga-
 re. Philopseudes hic ERASMO ROTERO-
 DAMO libidinē obijcit. affinē fuisse (quia ipse
 ut pro se uerba faciat, adesse nequit) huic uitio,
 Nicolaus Olahus Pannonius, Romanorum Re-
 gis A'secretis, Vir integerrimus negat. exclam-
 mat enim,

Ccelebs Erasmus, nuptijs ab omnibus,
 Et Eceminarum purus à consortio.
 Vtri creditis? Naturam tam amicam Musis,
 Veneri contrariam iudicetis, oportet. taceo cor-
 pusculum minus ualidum, ac tam delicata ia-
 -tatum ualedudine. Potero'ne hic aliquid dissi-

mulare? potero iam silere Philopseude? quum in
 quis, Efferebat Christianā pietatem,
 illi plusquam hæreticū atrociter cri-
 minabantur. Occinam illud Catulli,

Non isthuc satis est, uno te dicere uerbo.

Sed facere, ut quiuis sentiat, & audiat:

ERASMVS noster multis editis Libris, mira
 industria, simplici ueritate, exquisitissimo iudi-
 cio, modestia plusquam ciuili olim etiam doctis-
 simorum Virorum hæsitantiam, ad pium intel-
 lectū scripturarū suarū instruxit insanos, tuiq;
 similes blaterones, qui nihil frōtis, nec cordis hi-
 lū habebant: terrāq; illa onera, qui illum hærese
 os insimulabāt, fortiter mendaces, ac equitādo
 canentes, toto orbi propinauit deridendos. Impu-
 dētissimē igitur tu quoq;, qui eandē decantas cā-
 tilenam, mentiris, Frugalitati luxum op-
 ponebant. Puto ο̄ γυβοφρυϊαυ, qua cor-
 pusculum delicatum, laboribus, atque studijs
 obrutum fouere solebat. Scis enim Medicorū
 gloria, ex Aeginetæ doctrina gallinas cōcoctri-
 ci facultati maxime obtēperare, ac stomachum
 adiuuare: cum plerique Mendicantium etiam

annuos redditus gallinarum collegijs suis enixe
 procurent, quibus ociosis, maleferiatis & ro-
 bustis Iuuenibus uentrem farciant aut tot pul-
 los emendicare solent, quibus non bene ca-
 stratos capos saginare possint. Forsitan etiam
 Burgundiaci uini sitim illi exprobrabant, quod
 ob calculi crudelitatem, qui cum magnope-
 re uexabat, ac ob natiuam suauitatem, humidi-
 tate temperaturaque, ualetudini sue aptissimum bi-
 bere consueuerit. Cui Critici illi, aut Cretico,
 aut Corsico uino solum inebriari, non ut ualetudi-
 ni hoc inseruire, sed ut de ualetudine bibendo &
 ingurgitando periculum facere uelint. Nec dubi-
 um est, in foro popinario istorum causam hanc
 suscepisse. compotorum enim est, ficulnea auxi-
 lia, petentibus statim polliceri, ac aliorum nego-
 ciorum sese etiam incognitis ingerere. Vnde etiam tua
 haec uerba, Quod nos morderet, petu-
 lantem, procacem, salacem dictitabant.
 Haec Helena, hinc illae lachrymae. sanctum est
 solum, quod hi uolunt haereticum, quicquid illis
 displicet, petulans, procax, salax, impudicus,
 quisquis male de pessimis sentit, quisquis eorum
 aliquem

aliquem rei alicuius admonet. Cum uero petulantia, procacitas, salacitas, libidinis sint species, de genere nobis superius satis dictum est. Sed præparemus nos ad alia, quæ ne enumerata aliquid appareant, efficiunt præteritis quoque nugis, quas de exequijs nugatur. nam in ipsa sepulturæ pompa, Puellas Venerus ille nepotulus somniat. Sat enim est palàm esse, studiosorum humeris illum elatum esse, piissimos huius Urbis COSS. uigilantissimos PL. TRR. ac è numero Senatorum præstantiores quosq; funebri pompæ interfuisse, Academiae huius florentissimæ Professores omnes, pariter ac studiosos, luctu publico Parentem, Benefactorem persecutos esse. nec non terrã terræ, et Christianæ modestiæ decentē, in monumentū indidisse. nam Funerū ambitionē, apud Germanos nullam fuisse unq̄, etiam Cornelius Tacitus testatur. Proinde animaduertite candidissimi, ut canis uenationē somniat. ut totus Romanus, noster Philopseudes. Certū est, si Aristoteli credimus, Omnia animātia somniare, ac quæcūq; q̄ impēse desiderat, quibusq; totus deditus est, in

somno illi ea occurrere. hoc etiam testatur Lucretius his uerbis,

Atq; in qua ratione fuit cōtenta magis mens,
In somnis animos hominum, frustrata tenere
Plerunq; uidemus:

Legitur apud Platinam, aliosque Romanorum Pontificum Βιογωλφους, Sergium illum III Formosi Primi cadauer malo exemplo è sepulchro extractum capitali affecisse supplicio, tandem truncato corpore in Tyberim proiecisse. Hic perfricta frōte. in fit, Monumentum clanculū resignarūt, miserū cadauer miseris modis lacerarunt. Fulvia illa M. Antonij Romanæ pestis Vxor, è faucibus Marci Tullij (cuius caput diu diris ac maledictis exeratum antea cōspuerat) linguā extrahens iugiter acicula confodit. hic autem uti sanctos decet Viros, mmutius aliquid cum huius lingua egisse narrat. inquit enim, Linguam disertam absciderunt. Stephanus Sextus Papa, etiam Formoso Pontifici duos, quibus in consecratione Sacerdotes utuntur abscindi iussit digitos. En Pontificis Summi pietatem, qui
minimo

minimo supplicio contentus, leuiter admodum
 in cadauer mortuum sc̄uit. At ô Caij Heren-
 nij crudelitatem, qui iussu Antonij manus Ci-
 ceronis, cum quibus Philippicas illas scripserat,
 detrūcauit. Sed ô uos crudelissimos hypocritas,
 ô histriones, qui uos σωτῆρας profitemini quo-
 rum habitus tantum, ad beatitudinē facit, quæ
 uos exagitat dementia? O Aiaces, parum pul-
 chre uobis successisse uidetur, quod nefanda nō
 nullorum ex uobis innotuere scelera fatendum
 etiam uobis uidetur, quæ flagitia (si audaciæ ue-
 stræ subscriberet authoritas) in bonos moliremi-
 ni. O te hominum stultissimum Philopseude, qui
 posteritati his nugis tantam inualidorum persua-
 dere conaris authoritatē. Quam Latine, quam
 patria lingua doctē scripsit Cicero tā Christia-
 ne, tā eruditē alienis (Latina scilicet, et Græca)
 linguis, mandauit ERASMVS sua literis. Lin-
 gua paulo disertior Cicero, Diuinis charismatis
 præstantior ERASMVS. Hic L X I I I I a-
 gens annum, inimico litatur. Ille septuagenarius
 iam literarū in ocio, bonis omnibus charus, quū
 iam sat uixit, moritur. Miser ille, membris muti-
 lis ini-

lis inimico præbet spectaculū. hic pijsſima morte liuori ceſtrū addit. Antonius, quod optat, habet. quod habere hi nequeūt, ſibi fingunt, ſomniāt. Gypſariſſimas ait manus crudeliter amputarūt. Ne autē immanitas ipſorum lateat, quod nemo bonus unquā de ſe confeſſus eſt, quorum hic agit cauſſam, horum cogitationibus crudelius compræhēdi poſſe nihil iactat. Quid igitur reſtat, niſi ut bonis literis gratulemur, quod πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλιῶσι. alioquin actum eſſet, rabiem ipſorum omnes literati nihil mitius ſentirent, q̄ olim Baſilij Imperatoris iram oculis tam grauem atq; nociuam, Bulgarorum X V M experti ſunt. Mordet grauculos iſtos, quod olim noſter ERASMVVS oculorum acie tot in calumnijs, quibus illi negociū faceſſebant, integrā reſeruauit. quod tā perſpicaci ingenio tenebras ac cæcitatem ipſorum reprehenderit, ipſos pungit. Diſi boni, quale gaudium gaudent, cum etiā oculos in poteſtate ſua habere ſomniāt? Addit enim Philoſeudes, Etenim oculos eruerunt, Singulas partes corporis M. Martij, Sylla confregit quid hi minus operan-

operantur? Crura (inquit) minutim fregerunt, brachia comminuerunt. O Sabæi. Proditum est Sabæos, etiam Regum cadauera inter sterquilinia reijcere hi, ut noster somniat. Dissipatum corpus in cloacam abiecerunt. Videte autem o candidissimi, quaeso, quos hanc tragediam saltasse dicat, quibus illos assimulet? Circa ipsum corpus ueluti Sacerdotes Saliij saltantes. Vera me Hercle comparatio. nam ut Saliij illi non Ioui Deorum maximo, sed Marti lecti erant sic hi, non Euangelio Christi pacifico, sed hominum constitutiunculis, ac discordia ducuntur. Saltabant Saliij tantum quotannis, hi uero nusquam non occurrunt in diuersis, triuijs, omni tempore, ac omnibus in locis. Versicoloribus tunicis ornati per Urbem tripudiabant illi, hi totum orbem maximo uariegatorum colorum discrimine peragrant illi æneis cingulis, hi uarijs Togas, fibulis necebant illi hi ex uillis caprarum, uel etiam ferro gestabant apices illi, hi caperones. Gladio accingebantur Saliij, hi ut & Ezechiel Propheta exprobrat, Linguam pro gladio, ceu

ceu Mulierculæ, habent, ancipiti quouis ense pe-
 netrantiorem. lanceas illi, linguæ pila hi acutis-
 sima gestant. Thracia pelta Salijs, his cucul-
 la, clypei loco est. Liberi ut essent Salijs, Lege
 cautum erat. hi etiam à Iudicibus diplomatibus
 exempti, solutiq; legum omnium. pauperes, an
 diuites essent, idem erat. his neminem petacio-
 rem ac mendiciorem, opulentiorém ue inuenies
 unquam. Mammuriû illi in fine omnium suorum
 carminum, semper recitabant, idq; ob exquisi-
 tissimam eius artem. hi ululatu, mugitu, adraui-
 usque nocturnarum (ut ipsi loquuntur) centoni-
 bus, uigilijs, tricenarijs, anniuersarijs, & huius-
 modi, defunctorum, ut illi dicunt, officijs, ani-
 mas Benefactorum, ne cacodæmonum strepitu
 terreantur, obtundunt. Quid mirum igitur, si
 Asinaticû quid in ERASMVVM, à quo tã san-
 cti Viri neglecti sunt, derudunt? nisi enim ex
 auratis, aut de argentatis libris nisi plectris obæ-
 ratis, harmonia animarum curas demulcens eli-
 ci non potest. Quod maximè iuuat, quod maxi-
 me pœnis animas liberat est, si Patribus istis cre-
 ditus, sonus ille adamatæ pecuniæ. Audiamus
 autem,

autem, quid derudant,

Lude nunc, nos si potes Erasme.

Tam manus inquinatæ, os tam purulentum ERASMO nunquam fuit, ut luderet in tanta huius seculi miseria neminem delusit unquam, à multis autem delusus est, ac etiam ab ijs sæpius, quibus Erasmicum nomen utilius fuit, quam cuius gloriabantur, scilicet Francisci. Non defuerunt, qui ultro adibant, quos ERASMO sciebant Amicos, literas extorquebant, quas postea Fratribus adferebant hoc si non sit ludere, certe fraudem puto maximam.

Lacera nos, si potes, transfuga.

Neminē laceravit unquam, sed fraternè admonuit, ut Charitas ipsa postulat hoc scriptis suis omnibus facile euincam. De transfugio, scurrarum impudentissime, miror, quod mentionem audes facere, an harū, uel illarū partium fuerit satis constat, dum ab utraq; lapidatur. *Ἐὐδὲν ἄγ* *ῥελίκοι* in neminem mortaliū sæuierunt magis unquā, in nullum unquā Romanæ ecclesiæ sentina, odiosiores excitauit tragædias optimis autē utriusq; partis æquè charus fuit, ac probatus.

Morde

Mordenunc nos, si uales, lucifuga.
 Lucifugam cur ERASMVM hic appellet, ne-
 scio. Quod latitauerit, aut uixerit ignotus, ig-
 noro. quū Angliæ, Galliæ, Italiæ, Germaniæ,
 aliasq; Europæ nationes peragrauerit cōplures
 cum nō solum ex Hispanijs, Polonia, sed etiā ab
 ultimis totius orbis terræ finibus, et ubicunq; illi
 morari contigerit, nobilium turba, Pontificum,
 Monarcharum et Magnatū quoq; præsentia, aut
 Oratores et Legati ipsorū excellentes, illum sa-
 lutauerint, et propemodū religiosissime ipsum in-
 uiserint. ut interim taceā, editorum Librorū co-
 piam, quæ uel unumquenq; diem, locū, ubi agat,
 indicarunt. Sed tibi, qui non tuorum clientulo-
 rum more, Philopseude, per totā indies uagatur
 ciuitatē, lucifuga forsitā uidetur nobis autē per-
 suasum est, studia, naturā postulare domus amā-
 tiorē. Vel hic etiā mica aliqua, tuæ tibi decedit
 philosophiæ. nā q̄ immortalitatē negat animæ,
 qui interitū, pro morte habet. quā lucē, quod lu-
 men speraret uita iā defunctus? Sed Diij Deaq;
 omnes potius te perdant Philopseude, q̄ nō cre-
 damus ERASMVM nostrū æterna luce frui.

Ego

Ego male loquendi uobis nesciui uiam,
 Cum maledicetis, uostro gradiar limite.
 Libet igitur mihi, ex altero Choro tibi respon-
 dere.

Lude nunc te, nam potes, inique
 Scriptor, cui nunc saxeus adest Deus.
 Rides quem nunc nobilis ô Cœlicola,
 Orbum sacri nunc luminis, ERASME.
 Tuis quoq; iam utar uerbis, Dîj malefaciãt
 tam pestilenti hominũ generi, Dîj sic
 perdant, & eradicẽt, ut omne semen
 intereat, nec usq; amplius pullulet.
 Addo Philopseude, addo Amen. Quod autẽ sub-
 iungis, Curarant de symbolis Adole-
 scentes aliquot sacellum in illius ho-
 norem erigi. Germanorũ, mihi crede, non
 est hic Gnathonismus. Nemini homini unquam
 Germani consueuerunt adulari, sed pro dignita-
 te sua unicuiq; Germanam uel obedientiam, uel
 reuerentiam impartiri Deo, quod Dei Cæsari,
 quod Cæsaris est, reddere. Nunquam à Germa-
 nis in hanc usq; diem recepta est tanta assenta-
 tio, ut homini illud Martialis occineretur.

Edictum

Edictum Domini, Deiq; nostri

Nec id quoq; Stroza,

Mirantur nouum secula nostra Deum

Aut,

Diuiuos si tu patiaris honores,

Vltro ipsi dabimus, meritas' que sacrabimus
aras:

Sed damus esse ex ædificatū sacellum, (quod ta-
men omnium falsissimum est) miror profectō,
quī fieri potuit, quod Monachi illud, in quo Di-
uina peragi consuetum est, ut tu ais, Vna no-
cte ita demoliti sunt, ut solo prope-
modum æquarint. Vbi illa auri sacra fa-
mes? ubi argenti sitis aridissima? Vnde insuetus
diuitiarū contemptus? Qui ex Putanis putidis,
quas habent in Burdelis, ut loquuntur, prouen-
tum aliquem, renitentibus etiam sacrosanctis
Biblijs, hebdomadis singulis percipere solent.
quibus concubinaria exactio, non minus quam
Vespasiano Principi ex lotio, bene olet lucrū.
Qui præstigijs, Theurgia, statuis lapideis alli-
ciamenta induunt. qui uulneratos Christos fin-
gunt. Qui inanibus uerbis sacella, (quorum nos
olim

Via Appia Romæ unū uidimus, Domine quò uadis, appellatum) ut à uisitoribus peregrinis muneraria recipere possint, recentiorum sanctorum ullum, qualem superstitio fingat, spernerent? cū apertissimū sit eos, Goetia illa sapius rudes & simplices perterruisse, & spectris fefellisse multa Dæmonibus tradentes, quæ ipsi Necromantia perpetrarūt. Quam uellem autē Philopseuda, maximè hoc in loco, operam tuā, quam nihil moror, quam clientulis tuis maiore fide impendere debes: proprio negotio, proprijs scriptis accommodares. Ut equidem omnibus neruis intendam uanitatem tuam impugna- re, mēdacia tua euulgare: tui p̄ se quo eruditiores omnes calumniarū tuarū admoneas, laboras, ac studes. Quā orbis partē extare putas, cui desint qui uiderint memoriā ERASMO nostro celeberrimā S. C. huius Urbis, atq; pietate D. Bonifacij Amorbachij Viri sanctissimi in Aede cathedrali huius Ciuitatis, in columnari structura, marmore Rhetico locatam? Quam denique sententiam de te ferent olim Viri boni, cum uiderint hūc in modum descriptum Epitaphium?

f

CHRISTO



CHRISTO SERVATORI S.

DES. ERASMO ROTERODAMO, VIRO
OMNIBVS MODIS MAXIMO CUIVS IN
COMPARABLEM IN OMNI DISCIPLI
NARVM GENERE, ET ERVDITIONEM PA
RI CONIUNCTAM PRVDENTIA POSTE
RI ET ADMIRABVNTVR, ET PRAEDICA
BUNT. BONIFACIVS AMERBACHIVS,
HIER. FROBENIVS, NIC. EPISCOPIVS
HAERES, ET NVNCVPATI SVPREMAE
SVAE VOLVNTATIS VINDICES, PATRO
NO OPTIMO, NON MEMORIAE, QVAM
IMMORTALEM SIBI EDITIS LVCVBRA
TIONIBVS COMPARAVIT, IIS TANTIS
PER DVM ORBIS TERRARVM STABIT,
SVPERFVTVRO, AC ERVDITIS VBIQVE
GENTIVM COLLOCVTVRO. SED COR
PORIS MORTALIS, QVO RECONDITVM
SIT, ERGO HOC SAXVM POSVERE MOR
TVVS EST IIII. EID. IVL. IAM SEPTVAGE
NARIVS AN. A CHRISTO NATO MDXXXVI.

Quam impotenter autem Philopseuda hęc de uiolato sepulchro somnias. confiteris enim uoluntatem tibi non deesse, sed facultatem. licet Leges centum aureorum, damni actionem, re-
 legationem, latumias, deportationem, supplicium summum, uiolatori minentur. Sed ne omnia ementiri uidearis Philopseuda, inimicitiarum atque lioris ueros demonstras fontes, ac odiũ
 tui causam. quod ERASMV S noster toties à bonarum literarum osoribus impetitus sit, aperis, inquit. Flagellat malos Monachos asperè, ut in rectam uiam, à qua longe aberrarunt, redeant. Addis autè, Pleriq; omnes orbis Principes à uere gloriæ cursu deflexerunt. De exteris, nobis minimè constat. simulachrum autem integerimi, & Christiani Principis, adhuc ostendit INVICTISS. CAROLVS noster IMP. quod ERASMV S etiam, adhuc Adolescenti illi tribuit. In FERDINANDO ROMANORVM INVICTO REGE, illa omnia ab ERASMO deprædicata. pietas, prudentia, moderatio, bonitas, ac

clementia cæteræq; animi dotes, tanq̄ in ueteri
 uirtutum speculo relucet. Cæteri Germania
 Principes, tales se demonstrant, quales ij debēt
 esse, quibus summa debetur cū fide, obedientia.
 Qui autem ij sint Principes, qui uti tu dicis, Iā
 pridem in omnem turpitudinē præ-
 cipites ruunt infinitis uitijs sese com-
 maculantes, ac flagitijs, qui ab nutu
 eorum pendent, perdunt. Tu homo *ω*
*λ**υ**ς**ω**ς*, qui Viris Principibus tā dignos soles de-
 dicare libellos, scire melius potes nobis haud cu-
 ræ erit, hoc cōtentis, ERASMVVM nostrū sum-
 mis Pontificibus, Monarchis, ac optimis Prin-
 cipibus placuisse, libera sua sana, & pia doctri-
 na quū alij nostri rigidi Catones (ut ea ip-
 sa quæ hīc dicis, fatear) ulla ratione no-
 lint obiurgari, aut aliena censura co-
 erceri. Ne autem homo simplex, ac candidus,
 Philalethem seipsum frustra nominasse uidea-
 tur, tandem suam temeritatem ipse, et hic quoq;
 prodit ac ut nihil diutius dissimulet, ipsum rigi-
 dis his Catonibus, de quibus illa iam fuit men-
 tio, adnumerari posse studiosè explanat. addit
 enim

enim, Quo factum est, ut tam acerbū
 odium, aduersus Erasmus concepe-
 rint, quod temere postea in mortuū
 effudere nā illo uiuo rne hiscere qui-
 dē, ut sunt abiecto animo, audebāt.
 En cuculum, qui cucullā iam ambit. quis uel io-
 ta in ERASMO mortuum edidit? primus
 impudentissimus est nebulo iste, qui tantum in-
 genuitatis non habet, ut pudere possit. Tu ipse
 es adulator pessimus, qui Manes Viri p̄i lanci-
 naris. qui plura confingis, qui infinita ac om-
 nia e mentiris. Tu ipse es, inquam, qui uiuo E-
 RASMO, ne hiscere quidem ausus sit. aut
 fictis nominibus, ut præsenti arte, lusisti. nam
 subolet mihi, ex Mirmydonibus istis te ali-
 quem esse, qui Patroclo occiso, terga uertunt,
 Hectori autem mortuo insultant. Sed cum
 nemo malitiam tuam, etiam si tibi esset ini-
 micissimus magis traducere potuisset, quā
 tu ipse, ut par est. satis diligenter exponis fu-
 rorem tuum, ac dementiam. Nam ut labem
 quouis modo aspergere possis uel uirtuti, uel
 innocentiae, uel prudentiae, uel existimatio-

ni ERASMI · astute te prodis confingere,
 ac abiecto animo infinita commentiri, pudore
 perpetuo, uti etiam confido, olim mala
 cruce, mentiendi istam uoluptatem redime-
 re. Satius autem me Hercle, multo esset, fama
 tua rectius consulere, quam alienam ad deni-
 grandam neruos frustra intendere. At ô candi-
 dissimi, artificem uasfritiei, maledicentiae ac ca-
 luminiæ inspiciate ut in alios culpam hanc trans-
 ferat, subinde laudes ERASMI repetit uocife-
 rans · O nimium amentes, qui euer-
 tere conati estis hominem, semper
 in laude uersatum, sine arrogantia
 grauem, sine ulla segnitie uerecun-
 dum · cuius eximia uirtutes, om-
 nibus admirabiles · Quid uerò amplius?
 Non illum amariorem senectus ef-
 fecerat non erat, ut cæteri Senes, mo-
 rosus, anxius, iracundus, suspicio-
 sus, difficilis, ad rem non attentus.
 At ô scorpionem, amplexu insipientem acu-
 leos. Putas ne Philopseuda, quenquam tam
 stoli-

stolidum esse, ut non intelligat, quàm figuratis occultisq; moribus tu ERASMVVM petas? ais enim, Enimvero retulere mihi multi, natura adeò fuisse dura, implacabili, & iracunda, ut uno uerbo facile bilis in nasum conciretur. Statim quoque subiungis, Quod quiuis nullo negotio ex suorum Scriptorum lectione facile depræhendat. nam sunt eius pagellæ furoris, odi, dissidiorum, & contumeliarum plenæ. Rogo, est ne hæc audita referre, an propria pronuciare? Os impudens. in tot Apologijs, aduersus quem unquam criminibus egit? cum Dorpio, quàm agit amice? Cum Fabrico, non ne præconijs, & amicitia certat? Latomi non minus, quàm propriam tutatur estimationem. Atensis innocentiam magis, quàm suipsius dignitatem, defendere studet. Quoties eorum suppressit nomina, qui ipsius nomen calumnijs, falsò traducere non abstinerunt? Eduardo Leo minus digne respondisse eum, olim non omnium indoctissimi, at Viri frugi

conquesti sunt. fateor igitur ipsum immoderate moderationem, cum à Leo odiosissime prouocatus erat, seruasse. Lopidi, Caranti & Beddæ quoque, mascula conueniebat responsio. Christus enim uero ipse, insaniam, impietatis, hæreseos, blasphemiam, ac eiusmodi infamiam calumnias responsione depulisset. quemadmodum & hinc quoque nobis, crimina tantummodo refelluntur, recriminatio longè abest. Quid autè plura? ubiq; conuijs modestissima sua modestia triumphat. quod quidem Virorum piorum testimonio, Responsione, qua Sutori qui ultra crepidam, respondet, alijs que defensionibus suis facile, & hoc te impudenter e-mentitum esse uincam. Quid autem hoc stolidius, quod subiungit? Ego sic religiosum tuum existimo testimonium, ut ab alijs sine nephario scelere, certiolem fieri me posse non putem. Vide, quam egregie dicta tua cohæreant. non erat, quod Scripta ERASMI, dissidij, odij, atque furoris accusares ô Pantalabe. quum monitiones eius haudquaquã acerbis, obiurgationes sine contumelia

melia, facetudinem eius absque aculeo non suspiciosum, haud iracundum, nec impotenti animo, esse credis. Nec est, quod catalogum recenseras fautorum ERASMI nam ut uerbis utar Fabri Stapulensis, Quis non suspiciat, amet, colat ERASMVM? nemo nō, qui bonus, & literatus fuerit. Nec ERASMV S se talem unquam præstitit, quod fauoris atque amicitiae eius uel quenquam pœnitere deberet. Ac ni fallor, malum tibi dabit Fortunatus Martingus, (quem honoris causa nomino) quū cui maximè fauet, etiam mortuū laceffis. Reliquos homines doctos, & ERASMI fautores, quos enumeras, dentatissimis tuis scriptis Amicos tibi facere non potes si ex animo, ut ais, ERASMO fauent. Nec adeo bonam gratiam te initorum credo, quod uel æmuloꝝ ERASMI uirtuosam refricas æmulationem. uel odisse dicis, quos cum summo habuisse honore apertissimū est. Lazarū primū facis æmulū Bonamicū, quem Scripta quoq; ERASMI non probasse dicis: hoc odisse non erat, sed æmulari. Themistocli Atheniensi, Milciadis Trophæa som-

nū excutiebant: quī fieri possit autem, quū Lau-
 rētius ille R. D. Campegius, Vir laudatissimus,
 animo se scribat ERASMO addictissimo, quod
 Bassianas eius cliētulus, Mœcenatis, & Patroni
 Amicū spernat, miror. De Foroiuliēsi Iulio Viro
 excellēti tantū, quod credā, habeo: si ut tu fingis
 ERASMV M odit, fatale esse Iulij nomē haben-
 tibus id, quod olim Lucanus de Cæsare cecinit,
 Nec quenq̄ iā ferre potest Cæsar ue priorem:
 Nec unq̄ credo, mellitissimi Xenophōtis mellito
 Interpreti Romulo illi Amaseo tantū inesse ama-
 ritudinis, ut sperneret uel Musis solū tinctū ta-
 ceo, lactatū ac potū Palladis lacte, pinguisculū
 Alumnū. De Romana Academia quiduis, quā
 odiū ERASMI mihi persuadebis potius. Testē
 enim habeo, te impudentissimē mentiri, Paulum
 Bombasiū Romanū, atq; eruditissimū Virū, IIII
 S S. Cardinalē, cuius subnectā uerba Romæ (in-
 quit) præsertim, ubi rerū omnium censura pera-
 gitur, u. ubiq; Gentiū, Scripta tua omnia, bene
 audiūt, atq; a doctis omnibus expetūtur, ut nihil
 antiquis cedant. Longolius irridebat: Et
 hoc te emētītū esse, ipsissimis Longolij uerbis cō-
 uincam: inquit enim, Studeo namq; ERASMO,

si quis mortalium alius, tametsi de facie nunquã
 mihi uiso * idq; ob communem patriam (sumus
 enim eiusdẽ, ut nosti, et linguæ, et ditionis.) colo
 autem ab eximias illas animi dotes, quas in eoi-
 ta suspicio, ut uotorum meorum summa sit, hinc
 ad annum etiam alterum supra uicesimum, quo
 me ætate superat si non illum, quem nunc te-
 net, saltem proximum eloquentiæ gradum at-
 tingere. En iridentis uocem: Quid si risus
 hic est, nonne impudentissimum est, aliud scri-
 ptis profiteri, aliud animo tenere? Tu ipse si e-
 tiam nihil decerno, quæ, & quàm uera effun-
 das, recolligito. Budæus ne tanti quidem
 faciebat Longum et ille ualere (ut audio) iussit
 Musas, auræq; hac frui desijt, quem si uiueret, e-
 linguë haud experireris ac ni fallor candore ani-
 mi, innocentia ERASMI Vindicẽ præstantissi-
 mû. Aliquos summa lætitia frui, quũ eruditorum
 paria cõtentionibus committunt, exemplis pluri-
 mis compertum est. uerum tales commissores,
 ambobus contemptui fuisse, ipsissimum id fuit,
 quod uel literis politioribus augmentum, uel ip-
 sis Viris pari excellentia præditis, non mi-
 nimam

nimam foelicitatem, atq; gloriam maximã cõpa-
 raui. Sed quã nihil faciebat ERASMV-
 Budæus, quiuis amborum Epistolarum lectione
 per facile compræhendet. Ego, licet multum an-
 nisus sum, gustu nullo, nisi ERASMV-
 Budæi præconem honorificentissimũ. Budæum,
 ERASMI encomiasten effusissimũ depræhen-
 dere potui. Operæ præciũ autem est ò candidissi-
 mi, audire, quẽadmodũ lasciuat noster hic Phi-
 losophus apertissima sua uanitate. nec satis ad-
 mirari queo, quomodo mendacij perpetuas, tã-
 tum loci in mente, atque in uoluntate huius ob-
 tinere possit. Quanta (inquit) Erasmus ui-
 tæ rectitudine fuit, licet aperte intel-
 ligere, & testatur ex tabellis plurimis
 in ipso templo suspensis. nam cæcis
 multis, multis que surdis, & uidendi
 & audiendi uim probè restituit. Men-
 dacem memorem esse oportere, persæpe, ac
 non de nihilo audiui dici. hic dictorum parum
 memor, in templo, quem paulo antè æquatum
 solo dixerat, tabellas suspensas dicit plurimas.
 Item miracula enumerat, atque testimonia pie-
 tatis,

tatis, tamen ausum iurare more Cayphæ, ut in-
 uitum, sic sui ipsius nescium, fuco tamen oblini-
 tam dicere ueritatem. Nam templum illud, toti-
 us literaturæ theatrum esse, nemo negat, in quo
 noster ERASMVVS uitæ rectitudine obserua-
 tus, ac scriptis ad miraculum usque doctis, post
 mortem suam in unum collectis, & editis, aper-
 tè cuius suam erga Deum pietatem, ac amorem
 erga literas ostendit. sanoq; cuiq; uerum iudi-
 cium commodius quàm antea, cum adhuc priua-
 ta priuatim excussa erant, deferentia. Quibus
 etiam penè Diuinum illud ingenium ERASMI
 tot tabellis eruditorum Virorū celebratū, oculis
 et auribus subijcitur adeò, ut nullæ amplius uel
 hæsitacionis reliquiæ, aut uestigia uenædi calum-
 niæ apparere possint. Sed heus tu Philopseuda,
 qui Scripta huius diffidenter legebas, qui fit, ut
 cësura illa Theologorū Parrhisiensium tantope-
 re tibi uideatur cõtemnenda, quæ ERASMVVM
 notat, quod in ἀποθεώσεως Capnionis, demortu-
 um Hieronymi Collegam faciat. cum plus habe-
 at similitudinis (quam triplex illa linguarum sci-
 entia conciliarat) Reuchlinus cum Dalmata,
 quàm

quàm ERASMVVS noster cum Martyribus, in
 quis enim, Erasmi cōspexit noua mar
 tyrij palma donatū. Taceo figmentū illud
 de Angelis, merita ERASMI iactātibus, cū E
 RASMI Diuinam erga Reuchlinū benignitatē
 solummodo prædicat itaq; materiā fingendi a-
 liās undecūq; petiisse tutius, magis piū quoq; su
 isset. Nemo autē nisi perditissimus, nō sperat, E
 RASMVVM cū Christo uitā iā uiuere sempiter
 nā nemo inficias ibit pro Christi glor. a, multū
 laboris illū obijisse, ac satis deuorasse tædij curio
 sioribus respondendo, qui toties illū impetierūt.
 quanquā et id, absq; infamatione, aut hæreseos
 criminis insimulatione ullius præstitit. Vnde ite
 rum mihi admonendus uideris, ut defensorem
 tam strenuū, te præbeas, quàm inconsyderatū
 ludicem pronunciando te exhibes. satis enim te
 mere te loqui audimus, cū ais, Hæreticos ho
 mines totis Voluminibus sæpe cōsci
 dit. Quorsum autē attinet illud? Viuat per
 petuò inclytū illud Germaniæ decus.
 Laudes tuas moramur nihil. Decus Germaniæ,
 nominarat ERASMVVM uere ille Sapidus tu
 plus,

plus, quàm in alios, in hunc æquior, ac modestior, di-
 ctū etiam hoc ab Angelis approbatū, acclama-
 tum affirmas: quum nonnullorum ERASMI be-
 neuolorum uel amica, uel laudabilia Epitheta, a-
 nimo fucato scripta esse paulo ante aiebas. malā
 igitur initurus est Sapidus doctissimus apud do-
 ctiores gratiam, nisi tuis te depingat coloribus.
 Excessimus tandem Elystios campos, enauigan-
 dum nunc est Auerni lacus. Qualem Artificem
 auditis o cādidissimi, notate, precor, descripti-
 onem. Cū hæc animo attento intueretur,
 ut oculos suos ad impiorum locū
 flecteret, plangor et lamentatio, quæ
 inde multa, magna uerumpebat, ef-
 fecit: tum liquidò quàm plurimos ex
 audiuit Diuum Erasmum magna
 uocis contentione rogare, ut iniuria-
 rum, quas illi stultæ fecissent, oblitus
 suppetias actutū ferret ardorē, quo
 miserè torquebātur, cœlesti rore miti-
 garet. &c. Dignus me Hercle homo, qui uel
 Brandonis purgatorium, uel Patritij antrum de-
 scribat. Salua res est: uicerunt, qui animorum
 remis-

remissibiles cruciatus somniant, propugnatore
 tam ingenioso qui etiam non sua opinione duci
 tur, nec ex Iouis Tabulis, sed fide multo dignio
 res nepe ab Vrbe citat Testes. nō procul enim à
 Roma (quā, ni fallor, antea per ἀντρονωμασία
 Urbis intelligi uoluit) uisa sunt hæc omnia, Vi
 ro, ut profert Romana tellus, sanctissimo. Vere
 or autem ne nimio somno, Vir ille memoria ex
 cussus, uisionem ut uidit, integram proferre ne
 queat. Veritati enim parum uidetur consonum,
 ERASMVVM, qui uiuus, quantum in ipso fuit,
 animarū saluti studuit, authoritate sua nō subue
 turum, si posset, Manibus aut cruciatibus, ut de
 torquerentur pati, quos homines, homo ad quie
 tem tanta amabilitate inuitauit. proculdubio sal
 tulisset. Sed hinc colligi potest, & te quoq; ho
 mine sancto Teste facile ego uincam aut fabu
 lam esse, pœnarum remissionē aut nullius san
 ctitatē prodesse ijs, quibus Romanæ Curie mo
 res in aliquo displicent. Germanorū equidem in
 iudicio (quod habet nihil aliarū nationū inferius)
 ille

ille de quo suspicaris, ut Eques militarem, tamen nec omnino non Christianam in promovenda Christi gloria, diligentiam adhibuit. pertulit labores, pertulit exilium, in quo quorundam instinctu deceptus, Amicum, minus tuo Dialogo impudentiore expostulatione laceffit. cuius spongiam exul uitam exuens, quum etiam non uidiisset, tamen precipitem suam temeritate deplorauit. apud ERASMVVM autem, quam non meruerat ab eo, decentemque Christiano precationem misericordiae Dei inuenit, quum ob pessimorum admonitionem à Romanensibus proscrip- tus erat. sic ERASMVS noster semper iniuriae immemor, cum etiam corruptissimi correctionis impatientissimi existunt. Videmus autem, qualem agas Momum. quid uideas, cum inquis. Aderat, qui lingua Italica magna effusione, lachrymarum eius fidem imploraret, Vir splendido apud suos loco natus, celebri familia, apud purpuratos Patres clari nominis, Legatus in Galliam diem suam obierat, qui longo uolumine Erasmm̄ conscidisset.

set. Quid uteris ænigmatibus? cur nõ egregiè
 egregiũ enarras illum Carporũ Principẽ? Fieri
 equidẽ nõ potest, quin inter doctissimos quosq;
 oboriantur aliquæ similtates, sed diutius non
 solent durare. Nec dubito, si uiueret Carporũ
 Princeps illustrissimus, & eum nobis hominem
 Fata non eripuissent, quin in cõcordiã facile cũ
 ERASMO redactus esset. erat enim Princeps,
 ut dicunt ij, qui hominẽ probè nouerũt, prudẽs,
 modestus, suis consilijs non omnino obsequens.
 nec ERASMVS ingenio irrecõciliabili, ut tan
 ti Viri, si perspexisset innocentiã, abhorruisset
 Geniũ. Cæterũ tibi, ut hanc refricares Trage
 diam, causa iniquior uideri debuisset. paucos e
 nim inuenies, qui sese arbitros in ea constituere
 nõ recusarent. Quod autem Iulium Scaligerum
 doctè insanisse affirmas, non aliter intelligo
 quàm quod insaniam, ut iniuriam ERASMO
 inferre posset, finxerit. Veniã autẽ nõ meretur,
 qui simulatiõẽ insanix, iniuriã alteri infert. Sic
 quẽ apud inferos cruciandũ deploras, Reũ pub
 licis in iudicijs agis. Stephani Doleti extat Pali
 nodia, quam ex parte recitare non grauabor.

ff. Vet. Li-
 bro I. Tit.
 XVIII

Raph-

Rapuit mors nimum rapax,
 Germanæ patriæ decus,
 Doctorumq; decus, quoslibet Itala
 Tellus, Gallaq; profetat.

Quinã aut stylo, aut puzione cõfodiat aliquẽ,
 Dolet idem est. De Tusano miror, quid tibi in
 mentẽ uenire potuit, à quo ERASMVVS in nul
 lo unq; læsus. quanquã Distichon illud, à Dolet
 tã pompose recitatũ, magno Tusani (si uera re
 fert Brixius) dolore exijt, cũ culpæ tã strenuũ
 deprecatozem, Brixium doctissimum Virum, si
 ERASMVVS antea non fuisset in illum defeca
 to animo, habuisset Ioanem Genesium, Pisci
 ensem, Viros doctos, odisse quenquam, aut E
 RASMO inimicos extitisse, credo (si modo ui
 uunt) ingenuè negare. Stunica, qui nullo inter
 dicto cõpesci potuit. Hispaniæ Monachi fictis
 nominibus feroces, mercedẽ habent suã. Ea mo
 destia, qua Lutetiæ Theologi rem egerũt, mode
 ratã tulerunt responsonem. Scribit Euangelio
 graphus ille Lucas, Simultatẽ quæ inter Pilatũ,
 ac Herodẽ, intercesserat, illusiõẽ IESV finitã
 esse. ut nũq; tui es dissimilis hypocrita? ubiq; cõse
 tiẽs ab Erasmo dissentitibus. De Bucero, cæte
 risq; Argẽtorati Theologis nescio. seuerius autẽ

ni Ἐρασμολογῆσαι animaduersum esse, quam
 in ea ipsa Ciuitate nullibi scio. Lutheri stylū ne-
 mo unq̄ amarulentiorē sensit, q̄ ERASMVVS,
 fateor perniciores nemo, q̄ Romanæ Curiaē sen-
 tina nemo inimiciorē, quam hypocritæ. at-
 tamen in odium ERASMI, hic homo impudens
 Luthero adulatur. O mirā peruersitatem, de Pe-
 tro Cursio tacuisse satius fuisset. nā Cursium
 aliter nihil affectasse, q̄ ut ERASMI Scriptis,
 sua magis innotesceret industria, friuola illa di-
 gladiatiūcula satis superq̄ apparet. Sed rogo cā-
 didissimi, huius inspicite impudentiā, non secus
 ac Cæcias nubes, ad sese lites attrahens inquit.
 Multo asperius flagellabitur, nescio
 quis è Sabinis nuper profectus, reli-
 ctio aratro, qui se Floridum inscribit,
 cum minime floreat sed fortasse atra-
 bilis, qua uexatur, illū excusabit, aut
 imperitia purgabit. Nisi extarent Scri-
 pta Floridi, mirum non esset admodum, si suspi-
 cio increbresceret æmulationis. Nam quem pro-
 pius cum ERASMO conferam, aut dicendi ca-
 pia, aut scriptorum amabilitate nō habeo, quam
 unicūm

unicum ipsum Franciscū uerè Floridum, qui lustro adhuc tertio non impleto in familiaritatem Carporū Principis adscitus est, ex Decij Syllani literario ludo. ab aratro, an ad Decium uenerit, nescio: haud enim rustice, sed doctiorum calculo Romanè optime loquitur. Sed ô ueterem in Paulo III. Pont. Max. Romanam indolem, qui exemplo Maiorum suorum (qui Cincinnatū ab aratro ad Dictaturam toties euocarunt) Nepoti suo, Præceptorem tam agrestem elegit. Extra iocum autè, quod in ERASMVM, Floridum animo non amico unquam aliquid scripsisse constet, tā impudenter ementiris quàm ingenuè ipse fatetur, se ERASMI gloriae semper fauisse, quod sedulum se præbet contra Doleti Furias (Germanorū fermè rubore) ERASMI Patronum. Sed his quid immoror, nemo mortalium est, qui ut Amicos, sic etiam non inimicos habeat. Mimus enim, atq; inuidentes semper ijs imminet, quibus (ut ait Pindarus) Virtus celebrè gloriam adstillat. Eo ipso etiam Teste,

Κρείσσων γὰρ οἰκλιμῶν φθόνῳ.

Καὶ ἄλλως,

ἔχει τὴν γὰρ ὀλβίαν οὐ μείονα φθόνον·
 ὁ δὲ χαμυλαπώνειον, ἀφαντορ βρεμύ.
 Adde, quod tanta inuidia atq; æmulatio, uirtute
 parta, gloria pro maxima habenda est. At iterū
 ut mendax, dictorum parum memor, Philopseu-
 des noster ait, Sed me Erasmi interitus
 magis adfligit ac quem paulo ante in bea-
 torum numero uisum fuisse, interisse affirmat
 homo Latinissimus. quum etiā antiquissimus ille
 Philosophus Mercurius Trismegistus, Nihil eo-
 rum, quæ in mūdo sint, interire dicat. imò Filiū
 obiurgat. de Mortalitate animi quæstionem in-
 troducentem mortem uanam, solamq; dissolutio-
 nem esse in corpora indissolubilia contendit. A-
 liunde quoq; iocandi locum magis pium quæsi-
 ses, q̄ ab impiissimo illo uoto, Vtinam meo
 interitu anteuertissem. An hoc uotum sit
 Christiano homine dignū, ignoro. certus, Chri-
 stum Filiū Dei. ne homo interiret, etiam mortē
 omnium crudelissimam infamosissimamq; subi-
 isse. etiam ipsi tuo uoto subscribere, doctrina
 Christi prohibemur, meliorē tibi mentē com-
 precantes. Sed animaduertite, ac ne uentis uer-
 ba profundam, facite ὀ candidissimi expediam

consilium impudentissimi huius nebulonis, qui hoc sibi persuasit simulabo in Dialogi prima facie luctū misericordiamq; deinde quicquid ad mouendam suspicionem, ad cōciliandam inuidiam, ad refricandam ueteris tragœdiæ memoriã pertinere uidero, id perperam ex omnium scriptis undiquaq; decerptum, interpretabor fabulamq; hãc sic agam, ut hebetioribus haud facile ubi scorpius, sub quo lapide deliteat oculatori bus uero, serius odiū atq; liuor apparere possit, magnum plausum à theatro hypocritarum, atq; bonarum literarum osoribus acquisiturus. Denique conuitijs ac scommatis impotentibus ita in ERASMV M debacchabor, ut semper culpam in alium transferre possim interim Religioni, Nationi, Doctis indoctis ue Principibus, Ciuitatibus, nec sinceritati cuiusuis parcam, uenenatum illud poculum, melle prælitum omnibus propinans. Hinc æqui illi ac modesti Theologi, bellacissima, præpotens, nobilis Germania, anima ERASMI generosa, Monachorum in ERASMV M impietas hinc castus, pius, frugi, uerecundus, in suis admoni-

tionibus beneuolus, non morosus, bonis amatus
 ERASMVVS. Hinc apotheosis ERASMI hinc
 cruciatus eorum, qui in illū inuecti sunt. hinc
 ERASMVVS, cui tantū debent literæ, quæ Mu-
 sæ lugēt etc. Nimirū hīc mel, hīc misericordia,
 hīc luctus: sed mox scripta sua diffidenter legū-
 tur, hæreseos accusatur ERASMVVS tam pius.
 mortalis erat genitus, alter Achilles, durus, im-
 placabilis, iracundus, Thersites, Timon, quem
 doctiores omnes oderunt. Quid hoc? nisi uene-
 na, odium atq; liuor huiusmodi luctu, huiusmodi
 lepiditate si Dialogus hic non scatet, sim Philo-
 pseuda hoc uanissimo hominū omnium ipse uanior.
 prodit enim sinceritatē suam, calidum et frigidū
 uno ore efflās: altera ostendens manu panē, alte-
 ra lapidē incutiens. Deplorat Amicū Fortunati
 Martinengi apud eūdem Fortunatū: sed quæso,
 qualem luctus histrionē agat, inspicite. nō illum
 me Hercle uidetis Polum, lachrymas & fletum
 excutientem: sed Theocrinū Tragicum repræ-
 tantem. nam in supremo actu cothurnos abij-
 ciens, pellem induit caprinam. Mercurium solen-
 niorū comitem, uel peiorem (si esse potest) fico

eorum alumnus, agit. Quæso te Philopseude,
 quo colore hic excusabis, uel calumniam euiden-
 tissimã, uel mendaciũ impudētissimũ, cū inquis.
 Ne lachryma, nam si tu melius intro-
 spicias, intelliges non eo loco haben-
 dum esse Erasmus. Vellem, addidisses
 causam. Si hæc est ratio, quam tu profers. Vir
 enim fuit, ut à multis fidedignis acce-
 pi, male mentis, maliq; animi. A malis
 hoc habeas, necesse est. aut ipse es calūniator im-
 prudētissimus, per paucis enim probatur boni. ac

Bono probari malo, quàm multis malis,
 inquit ille Mitylenæus Pittacus. quum etiã Lau-
 dem ab improbis proficiscentem, summopere
 præcauendam. ac turpissimum esse, malis placu-
 isse, Plutarchus doceat. Videndum autem est,
 qua fronte dicas, quod sequitur. Quod mihi
 uerissimile satis esse uidetur, cum sit
 ex condemnato concubitu natus.
 Hoc est, ni fallor, defunctos laudare est, quod
 hic occinam ex Strozæ Epigrammatibus.
 Qui te turpis, ait, frontem amisisse, quod audes
 Hiscere, quæ nemo comprobat, aut patitur.

Decipitur, nō fronte cares sed frōs, ita lingua
Distat, uti linguam frons premere haud ua-
leat:

Hoc unum nobis ediffere hominis monstrum,
quo nam scelere commeruit ERASMVS no-
ster, ut hanc suspicionem impingeres eius exi-
stimationi. Ut donemus te uerum dicere, per
Christum dic, rogo, an parum uideatur tibi, ho-
mo ille optimus, a te toties laceſitus, nisi hanc
quoq; notā addas? Recollige tete, quæso, ac cir-
cumspice, quā multi fuere, qui uel naturæ sæ-
uitia, uel stoliditate, uel quæstus uel gloriæ gra-
tia, uel deniq; priuato odio ducti, olim ERAS-
MVM friuolis de causis, uel peruersis rationi-
bus calumniati sunt horum autem nullum un-
quam, quæ tu iam ementitus es, atq; ementiris,
meminisse inuenies. Seditiosum, hæreticū, schi-
smaticum, & huiusmodi sex millia conuictorū
genera, sæpius futiliter, pessimo exēplo, in opti-
mum Virum euouerunt pessimi tale autem cō-
uitium ne qui somniasset, repertus est unquam.
At inquires, primus igitur ero ego qui quod alijs
minus honestum, ac a uero alienissimum uide-
batur,

batur, uelut araneus ex me ipso texere audebo.
 hoc tibi uel reluctanti concedimus. nemo enim
 Vir bonus, exprobrandi causa misero, quem in
 certo Patre natum esse certò sciret, natiuitatē
 obijceret. Tu qui saltem coniecturis inniteris
 eo, quod ERASMVS à Parentibus modestiæ
 causa laudari noluit. abunde nobiles suos Paren-
 tes, propria uirtute nobilitari uoluit, quorū no-
 men obtulit. quod nescis, inurere pulchrum pu-
 tas. præsertim tali, tantoq; Viro, cui si aliquid
 Natura negasset animi generosi, studiū doctri-
 næ, mentem generosissimam concedisset. Im-
 memor tu equidem sacræ Scripturæ, quæ Pha-
 rez, Zara, et Salomonem pro exemplo posuit,
 ut Theophylactus inquit, Ne quidam propter
 progenitores erubescerēt, sed se uirtute clario-
 res ut efficerent, adniterentur. nam Deo opt.
 max. & si qui è scorto nati, uirtute autē prædi-
 ti, accepti sunt. Addendū autem fuisset tibi, in-
 scijs atq; huiusce rei ignaris hominibus loquutu-
 ro, ex quibus Parentibus natus esset. nã ut illud
 uerissimum est, apud Germanos illegitime na-
 tum, hæreditatem paternam nunquam adire,
 quod

quod etiam Lege Ciuili cautum est. sic hoc etiam apertissimum est, ERASMV M adhuc Infantem Matre orbatum, statim Puerum Patre destitutum, hæreditatem ad literarum bonarum studia absoluenda satis abundantem adijisse. Præterea tantam literarum suppellectilem, cui ulla uel ex Patre, uel ex Matre aliqua innata esset macula, depromere difficile fuisset. carpere enim uolentibus in promptu extitisset omnibus, hoc ignobilitatis conuicium, quo uel præclarissima deprimuntur ingenia. ut Euripides inquit in Hippolyto, cuius equidem uerba libet adscribere.

Ἄλλοι γὰρ ἀνδρα καὶ θρασύων λαχόντες
τις ἤ,

Ὅταν ξυνείδῃ μητρὸς, ἢ πατρὸς κακῶν:
Deinde, quis non sentiret mendacijs te solum inniti ad satiendam calumniandi libidinem. nam abiecto pudore omni, omnibus bonis tanquã alia Clytæmnestra, nocēs esse studes ita, ut mordacitatis rabie, dissimulare amplius nihil possis. sed aperte quicquid conuitorum occurrunt, in ERASMV M ekomis, subiungis enim statim.
Sane

Sane miror, quod sic Erasmiū mor-
 um doleas, quasi nullum alium ha-
 beat Germania, uel aliàs habuerit
 Erasmo multo doctiorem. Habuit (Deo
 gratia) ac habet in linguis, in disciplinis, ac in o-
 mni eruditionis genere Germania Viros pios
 & doctissimos: sed quos ERASMVVS ἐκκεδῆ
 καὶ τὸ δῶρον ἵκε λέγων, ac eloquentiam illius i-
 mitari nequire fatentes audire est. Repetis etiā
 ea, quæ antea dixeras, inquiens. Scio mul-
 tos in Gallia, qui illum inter semilati-
 nos scriptores numerent, quod nul-
 lum uerborum delectum habeat,
 quod raro assurgat: quod cum de se-
 rijs loquitur rebus, non seueritatem,
 ut par esset, adhibeat, sed facetias.
 cum uero de iocosis agit, grauita-
 tem admisceat: nec se continere pos-
 sit, quin aliquid mimici ac scurrilis
 ioci suis scriptis immisceat. Qui ij sunt,
 nescio, nec scire laboro: uerum nisi Epistolas
 sinistrè inspexi, parum facit Brixius ERAS-
 MVM Budæo, Gallorum olim ac literariæ Rei
 publicæ

publicæ decori sempiterno. Ipse Budæus sese ir-
rumpere, ERASMV M irrepere fatetur. Vis
iudicium Borbonij, audi Distichon:

Scis quid ab Hollando Fræcus Budæus Erasmo

Differat? hic dictis allicit, ille rapit.

et hi Galli sunt, ac Gallorū Gallissimi, Latinis
simiq;. Sed audi Ciuem Romanum, atq; Ger-
manum Ciceronem illum, Longolium, qui tibi
nunquam, nec tui similibus, cum nec doctissi-
mis de ERASMO & Budæo censuram com-
mittit. inquit enim, Esto, sit porrigendus doctis
modò calculus, sint soli literarum Principes
hac de re in consilium mittendi, quisnam ama-
bò hac ætate dignus, cui tam superba censura
iure creditur? Sed ab re non futurū credo ô can-
didissimi, censurã Fræcis Irenici hominis pro-
batissimi, ac in utraq; lingua Viri nō cõtemen-
di iudicij, Philopseudi mēdacissimo opponere, q
calumniatorū more, suū minime, sed aliorū sto-
machū perpurgare se simulat. interim quicquid
in buccã uenit, effutiens pro libidine. Inter semi-
latinos ponit Philopseudes, ERASMV M Ire-
nicus, utriusq; linguæ principatum illi defert,

ac à paucis priscorum illum superari ait. Hic, nullum delectū uerborum ipsum habere dicit. ille tantam maiestatem tradit orationi eius, ut in ea nihil excludatur, quod ullo pacto desiderari queat. hic, dicit illum raro assurgere. Irenicus hanc raritatem non adeò parcā, sed compensatā affirmat proprietate, quam iuxta uarietate cauſæ, tam apte affingit, ut muscam in elephāti molem exire cogat, famulante sibi eloquentia. Hic illū serijs facietiam, iocosis grauitatem admiscere clamat ille, stylū eius tā propriū esse rei subiectæ, ut κατ' ὀνομαστοῦσιαι quilibet materie suā reddat dignitatē, ut ad fingendā orationi Venerem nemo magis aptus, nemo magis prōptus ipso habeatur. Hic, ipsum se cōtinere non posse inquit, quin aliquid mimici aut scurrilis semper immisceat ille, orationi eius nihil interseri, quod excessionem sapiat. Cuius sententiæ subscribendū creditis ὀ candidissimi? cū uidetis iam ex altera parte, inimicū, calumniatorē mendacem, scurrā impudentissimum, probatissimorum Virorū derisorem, mortuorum iugulatorē, anonymū, atq; quorundam cucullatorū
pre-

precarium declamatorem, foetidissimam Har-
 pyiam. Ex altera parte Virū Principibus Viris
 probatissimum, æquum, pium, literarum studio
 forum studiosissimum cuius nomē nec ipse, nec
 doctrinæ suæ præclara monumenta abscon-
 dunt, publici Gymnasij Moderatorem. in quo
 nulla suspicio inuidiæ, aut lioris apparere po-
 test. hominem sapientem, autoritate ac pieta-
 te præditum, meo equidem iudicio, nequam &
 malo cõ uitiatori haudquaquam postponetis. Sed ui-
 deo uobis stomachum moueri, ad reliqua igitur
 recurrat mea Oratio. Reuocat nobis Philopseu-
 des maligno animo, præstantissimorum Virorū
 Germanorum memoriam dices. Tulit ta-
 men, non diu est, Germania duos in-
 signes Viros. Rodolphum Agrico-
 lam, & Reuchlinum Capnionem.
 Agricolaë nomen, ni fallor, ex scriptis hominis
 tenet. Capnionis si legit Lucubrationes, si ce-
 lebratum ipsius nomen ex Fabri Stapulensis,
 Hermolai Barbari, Aldi Manutij, Marsilij Fi-
 cini, ac aliorum Virorum præstantissimorum
 Scriptis uenatus est. quid apertius quam ad ca-
 lumni

lumniam aliorum, illum obæratum esse hominem, magis quàm alium temerarium, ac quicquid auribus illi instillatur, deblaterare? unde enim hausit istud Aenigma, ut pro Ioanne Reuchlino, siue Ioanne Capnione Reuchlinum Capnionem, id est fumus fumum, dicat? Diuinare autem facile, in Altiori strato, non cuiq; ad ascensum patenti cubãtem excogitasse. Sed subiungit, Eadem habet nunc Fabritium Capitonem, Megandrum, Myconium, Struthium, Pellicanum, Bibliandrum homines suauissimos, doctissimos, sapientes, multa præditos sanctitate. En canem, mendico adulantem. Sed pergit, Alit Simonem Gryneum, Ioannem Senapium, Io. Lucretium, & Amerbachium, homines in omni iudicio elegantissimos. Quã copiosa laus hæc? quàm magnifica? falleris Philopseude, falleris. Scito Gryneum ipsum, laudis tuæ minime audum. nam proprio ore miseriam istam tuam detestatus est, me audiente ipso, ac de hac tua petulantia valde tristatus est. Scito, omnibus esse

h gra-

grauiſſimum, ab imprudentiſſimo ſcurra irride
 ri Virorum bonorum ingenia. At per Deos im
 mortales, quem ad finem tandem efferata illa
 tua temeritas ſe proripiet? nihil te mouet Viro
 rum doctiſſimorum candor, nihil authoritas, ni
 hil literarum præſtantia? quem illudas, in quem
 tot congeſſeris calumnias, nemo ignorat. O ho
 minis monſtrum, Hæres Eraſmi hoc audit, teip
 ſum Amorbachi ſemper colende, hîc te ô dimi
 dium relictæ Eraſmianæ animæ nominat. lauda
 tione ſua, labeculam tibi aſpergere quærit. ſcio
 enim in illorum numero libentius te eſſe, qui ab
 hoc nebulone uituperantur. te inquam notat,
 designat. huius tragædiæ, cõuitorum ſuorum,
 calumniarum quoque applauſorem te habere
 cupit. ſincerum iſtum tuum animum, labefacta
 ri poſſe credit, uel aſſentatione, uel adulatione
 expugnari. Sed me Hercle, animo ut ſit præfra
 ctiffimo, neceſſe eſt, huiusmodi laudatore qui
 tumeat. Satis laudis detulit tibi, Vir ille ornatiffi
 mus Sadoletus. taceo quantum te ornat uera ille
 ERASMI amicitia, quã tot Viri Principes am
 biere. Laudatiſſimũ omniũ tamen nunq̃ ſatis lau
 da

datum te reddit ille amor patriæ · amor inquam
 ille, qui Virum optimum Catonem illum, apud
 Lucanum, atque te docuit,

Naturamq; sequi, patriæq; impendere uitam ·
 Video fatum esse huius inclytæ Urbis, semper
 Germaniæ decorem ut foueat, enutriat, studia
 bona & impendijs & beneuolētia promoueat.
 hinc illa colluctatio, (ô certamē dignissimum)
 quæ me in dubium uocat, an tu in patriam, an
 patria in te sit propēsior. Non desunt, qui sum-
 mo præmio in aulas te pertrahere nituntur · tu
 patriæ pietati magis, quàm obtruso precio in-
 seruire studes · Patria nihil te etiam recusante,
 quæ ad dignitatem tuam spectare uidetur, omit-
 tit · Hæc firma illa laus est, atq; immortalis tua
 gloria ô Amorbachi, cuius quidem literarum
 riuum abundantissimum, inundatione menda-
 ciorum suorum delebili, sentiret Philopseudes ·
 ni canis latrans, altoris opera, plusquam uiato-
 ris nisi tibi abigēdus uideretur. quod quidē, ni
 me mens fallit præsaga, citius fiet. Verū his reli-
 ctis, ad alia gressus cōferendus est · fatetur enim
 summo cum suo dolore homo impudentissimus

infinitos habere Germaniã Viros doctissimos,
 quos omnes detrectatori huic infensos fieri non
 dubito, quum ERASMVM, id est Rempubli-
 cam literariam, in eo, quo se maximum incre-
 mentum suscepisse fatetur, infamatum ab scur-
 ra impudentissimo audiunt. Quod autem subiun-
 git, Te in primis Arnolde Arleni, qui
 defuncti Erasmi obscurabis bona ex
 parte gloriam. Initio testatus sum sinistram
 ac inimicam suspicionem de Arlenio, Viro orna-
 tissimo, ac nisi me ora fallunt modestissima, con-
 cipere nunquam posse. Nam qui fieri posset, ut
 ille qui literarum præconia, ac libros elegantissi-
 mos undiq; summo labore, ex situ atq; tenebris
 eruere sudaret, Græca Latine loqui doceret itē
 qui facultati, qua iniuria affectis auxiliari solet,
 operam daret, quomodo iniurias, calumnias at-
 que huiusmodi sycophantias confingeret, qui-
 bus præstantissimos Authores Græcæ literatu-
 ræ in Germania sua Vindices, benemerentes ho-
 mines laceraret? nec dubito, quin suo se pede ac
 modulo metiri sciat, ac nullius gloriam uel extin-
 guere uel obfuscare nitatur. imo pro uiribus do-
 cto

Et o cuiq; fauere, amicus esse gestiatur. Hoc autem
 certe scio, inibis apud Arlenium gratiam, cuius
 ego particeps esse nollem, etiam multum abs te
 inuitatus. quid enim alieni nominis ad alterius in-
 famiam usurpatio aliud est, quàm infamatio no-
 minati? Quid, quod conuitori, conuittium
 suppeditans, ipso conuittia deblateranti multò
 peior est? Quid, quod ipsum Arlenium hominũ
 omnium mendacissimum (ipsius loquor uenia)
 imò peruersissimum facis? qui nulla conscientia
 motus, & audita & uisa relinquit, somnia at-
 que figmenta inanissima deblateret? Memini,
 cū alloquerer Virum, ante ædes Cōradi Resch,
 Bibliopolæ uel Tryphoni nō postponēdi, me in
 sermonem de transferendis in alias linguas Au-
 thoribus, incidisse. Arlenius uendere translata
 sordidum, ac Viro literato parū dignū esse aie-
 bat. En hominis integritatem, tuam autem impu-
 dentiam accipe. Ille (quod multi fecerunt aliàs
 honestissimi Viri) bonos Authores, ac studijs
 necessarias lucubrationes, Typographis quæ-
 situs ergò subijcere admodū nō probabat. tu ue-
 ro nebulo mendacissime Dialogum, ex quo nisi

præsentissima uenena, scurriles ioci, alia elici
 nequeunt (nescio, an pecunias pro eo receperis)
 pastus tuæ inuidiæ, quod forsitan summum tibi
 uidetur precium, causa euulgas. Diuinarem au-
 tem facile, si coniecturis hîc locus daretur, cur
 Arlenium huic pulmento intriuisse. Summæ e-
 nim tibi curæ esse uideo, ipsum Arlenium, cum
 pessimis haud faueat, tui similiū inuidiæ subij-
 cere. deinde etiam bonis inuisum reddere, quod
 cum perficere non potes, ultima tibi uidetur ma-
 china opponenda nempe illa, qua olim in ERA-
 SMVM tui similes blaterones usi sunt. qui dū
 bonis, quod in malos dixisset, probata uidebant,
 alterius partis stylum in ipsum concitabant.
 qua arte tu quoque triumphum parabis, quum
 te prodideris ingenuè, ac nomen tuum edideris.
 quum Philalethem, non Philopseudem acturus
 es. Minaris enim maiora, inquiens. Tecum ma-
 gnopere rogabo, ne Viri huius mor-
 tem posthac tam dolenter fleas, ijs-
 que ex animo condones, qui ali-
 quando illi uel infensi fuerint, uel
 ullo modo esse cogitarint. Stylum i-
 stum

stomachumq; latrina quadam perpur-
gato, non literario in theatro. Sed minis his quid
territor? quid Ὑδρόπυρα horreo? Non per-
petuò tibi cum Patroclo pugna erit, Hector fe-
rocissime, si pugna te ero inferior

Ἄλλο δὲ τοι ἔρειω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ Βαλλ-
λεο σῆσιγ,

Οὐθλίω δ' αὐτὸς Διερὰν βίην ἀλλὰ τοι ἦ δ' ἦ
Ἄχι πρῆσκει θάνατος, ὦ μοῖρα κραταῖα,
Χερσὶ δαμνῆτ' Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰα-
κίδαο:

Vel leuiter amasse ERASMVM oportet etiã,
quem consolatione tua luctui detrahas. dolebit
enim procul dubio uerus ERASMI fautor, nõ
mortẽ ipsius sed ingemiscet, tuas calūnias legēs.
qui quidẽ gemitus, doloris acerbitate, uel in fu-
rorẽ, uel in iustam ultionẽ conuertetur. Nec id
quid sibi uelit, scire possum, cum inquis. Da-
bitur à me tuo quidem suasu diligen-
ter opera, ut quoad fieri possit, &
acceptæ cõtumeliæ immemor fiam,
& iam meditataẽ ultionis obliuiscar.

An minæ tuæ tanti sint faciendæ, ut contumeliæ acceptæ sit obliuiscendum, ignoro. ultionem quidem nemo meditari potuit, antequam pus eiecisti olentissimi uulneris. id tamen persuasum tibi habeas uelim, Adrastiam illam Nemesin adesse, quæ bonorum præmiatrix, ac etiam si sero tamen tandem non solum malefacta, sed etiam dicta ulciscitur praua. ut placet Euripidi, exclamat enim in Rhefo.

Ἄσπασαι μὲν ἔσθ' ἄλιος Πάϊς,

Ἐγὼ οἷς σομάτων φθόνου.

Amicè te admonebo, ne quid tibi cū Germaniæ Monachis sit negotij, ne ex eorum summa indignitate turpis aliqua labes, dignitati tuæ aspergatur. De Germaniæ Monachis tantum hoc dicā, olim immensam turbā fuisse ipsorum, quorum uita uitijis satis obnoxia existebat, iamiam autē numero pauciores, uita quoq; multo meliores uideri nec adhuc inter ipsos desunt, fateor, qui ut ipse dicis, Viriles igniculos interdum iaciunt, mollibus scilicet muliercularū scemoribus illos inflantes, quemadmodum Pro-

metheus ille, ut Claudianus inquit:

Luto

Synceram Patri mentem furatus Olympo

Continuit clausuris, indignantemq; reuinxit.

Equibus magna aliquando erumpet
uirtutis flamma, talis nempe

Qualia nunc hominum producit corpora, tel-
lus.

nisi id obstet, cuius Pötanus ille meminit. Quod
tales igniculi, sordibus latrinaris extingui, atq;
sepeliri sæpe soleant. præcipue in Monasterijs
nonnullis, quæ ita amatoribus, suis temporibus
patebant, (quod Deus hoc ævo auertat) ut ea
instar lupanariorum fuisse dicat. Gratulandum
autem est hîc homini huic, recenset enim nobis
bonorum Monachorum in Italia myriadas mul-
tas, quasi nullus nisi suo calculo bonus sit in Mo-
nachorum in Italia sodalitatibus. Nemo tã men-
te captus est, qui licet Monachorum non opti-
morum, multæ sint phalanges, omnes ex ipso-
rum malitia, malos uelit existimare. nemo, qui
se Abraham prudentiorẽ existimet, ac in Sodo-
mis non plus L. Virorum bonorum habitare

posse credat. Nemo autē tam cæcus, qui nō uideat, quātum præstaret, bonos à malis seiungi. Haud enim uerisimile uidetur, quadringentos illos annos post salutis humanæ redemptionem, antequam Basilius Viuendi regulam solitarijs præscripsit sanctos, pios, ac religiosos homines Ecclesiæ defuisse. Prætereo illa instituta et uestitu, & esu, & ceremonijs Basilij Monacho diuersissima quæ hominum deliberatione conficta, pietate nōnullos lōgius remouent, quā concilient. Postremo si qui boni sunt, uel innato Genio quodā ducuntur, ut quemadmodū tu affirmas Monumenta Maiorum sapientie, quā sceleris uestigia sectari malint. quæ quidem sequuti fuissent, etiā nullæ Monachorum familiæ addicti. Vltimo, ut propter malos, nō omnes improbandi: sic propter aliquot et pauciores bonos, nō omnes probandi sunt, ut tu philosopharis. Tales me Hercle faciunt, ut quoscunq; nebulones impuros & perditos libenter perferamus. Multū à te dissentiūt et Christus, ac Paulus: hic enim, ecclesia alienat unū-
quem-

quemq;, qui uel piorum castigationem, uel eccle-
siae admonitionem reuult: ille etiam, Profligate
(inquit) istum, qui malus est ex uobis ipsis. Ma-
lus enim semper mala molitur, quæ inferat: ac
ut ille Menander Comicus loquitur, cuius e-
quidem uerba libet hîc adscribere.

Α γὰρ τὸ θεῖον τοὺς λαοὺς πρὸς τὸν
δίκην:

Ventum est ad scenam illam ultimam, actus ul-
timi hîc Philopseudes omnes neruos imēdit, ut
eo fucō Catastrophē peragat, quo Epitasin
aggressus est. ac quo maiorem bene actæ tra-
gœdiæ plausum captet, Dij immortales, qualē
se profitetur futurum Herculem. Neque du-
bites, inquit de Monachis loquens, quin a-
liquando me monitore, licet parum
diserto, è uitij ac probris emergant
adeò, ut nulla amplius, à monstris &
prodigijs illis nostris comparetur a-
nimis. Audistis ô candidissimi Charetis pol-
licitationes, ut cum Ouidio loquar.

Quid enim promittere lædit?

Pollicitis diues quilibet esse potest:

Polli-

Polliceor & ego, si hoc effeceris, tibi æqualem
 statuam auream me Delphis collocaturum. ad
 minus autē parcens sumptibus, ut Beroso Athe-
 nienses, statuam in Gymnasio nostro, lingua cō-
 cata erraui, sit honos auribus, deaurata uolui
 dicere. Etiam si mihi curta sit supellex domi, ac
 paupertatis imago, ditissimo in angulo ædium no-
 strarum, nempe in Musæo & cœnaculo, mihi
 semper sit obuia: citius tamen fidem meam libe-
 rabo, quàm pollicita tua præstiturum te esse ali-
 quis credat. Non quod etiam pessimorum ani-
 mus, adeò deplorandus sit, ut nulla spes corre-
 ctionis appareat. sed quod uiribus istis tuis ne-
 quaquam respondeat prouincia omnium turbu-
 lentissima. Nondum enim uideo, quibus aculeis,
 qua dicendi gravitate colluctari queas ijs, qui
 usu & ætate, opiniones suas firmare cōtendunt.
 qui Maioribus, à quibus tu facillimè superari po-
 tes, in nullo cedunt. Sed dic, quæso, qua arte,
 quo modo uitij ac probris abstrahas, qui lædi,
 id autem est corrigi, nolunt. Alexander ille V.
 Pontifex Maximus Ladislaum Regem potentis-
 simum regno (si titulus Regem facit) priuare,
 Ludo-

Ludouicum Andegauensium Ducem, Regem Neapolitarum magno sanguinis Christiani dispendio uocare, tutius aestimabat, quàm minimum ex cucullatorum ordine uel uerbo tantum lædere. Iam si inanem uanamq; superstitionem nonnullorum traduceres corrigendam, nihil minus quàm ERASMVVS ipse hæreseos incusaberis. Nisi enim bene de ipsorū ordinibus sentiendum non est, præterea si fucata quorundam obedientia, ficta paupertas, simulata castitas, humilitas hypocritica, simplicitas callida, charitas eumentita tibi depingenda erit. non ne litem lite concitabis magis, quàm si crabronum aculeos stimulo iritares? Adde, quod forsitan haud iniuria, repulsam pati te oporteret. nam ni me fallit memoria, Leontinus ille Gorgias, Empedoclis Discipulus, qui in templo Delphici Apollinis, oratoria arte primam sibi poni auream statuam demeruit, repulsam euitare non potuit, de concordia Græcorum insigniter ac doctè pronuncians. ac ea duntaxat de causa, quod cū Vxore sua sibi non optime conueniebat. Aderat enim Melanthus, & id in Olympijs, exclamans, Consul

sulet de pace Gorgias, cum sibi cum Vxore, et
 ancilla domi res erit pacifica. Nonne hęc etiam
 exclamabunt, Hypocrisim abiicito tuipse, sta-
 tim nuda simplicitate pietatem ueram ostende-
 mus. Vituperãdi libidinem relinque, nos iisdem
 innitentes uestigijs maledicentiam abiicere uo-
 lumus. Ambitionis flagitiũ qua ratione decline-
 tur, edoce, dociles nos habebis Discipulos. Fa-
 ctus ablue affectus decenti humanitate, statim
 superbię nostrę maculas absterfas inuenies.
 Tuipse pudorem Christiano homine dignum
 indue, duplici uerecundię uestitu nos statim, et
 corporis & animi obscenitatẽ tegemus. Quid
 multis? non deerunt, qui uel ad rauim usque re-
 clamabunt te in primis inculpabilem præsta, li-
 cet postea uel lapidibus nos obrues, non conue-
 nit pio admonitori uel maledicentia, uel uanilo-
 quium sed sermo sobrius, grauis, modestus, fi-
 de sanus, charitatis & pietatis plenus. à quibus
 uirtutibus, tantum distat phrasis ac styli tui o-
 ratio ut faciliẽ appareat, eiusmodi scriptis, fa-
 ctionibus, seditionibus, uiolentijsque tem-
 pestatibus maximam uehementiam, minimam

autem ad demulcēdos auertendos' ue pessimorū
 animos auctoritatem adferri posse. Siquidem
 quid sibi uelint progymnasmata talia, quid
 præiudicij adferant huiusmodi literarum auspi
 cia, uel mei simillimus parum literatus, populari
 suo ingenio comprehendere potest. Optimum
 enim quemq; laceffere, mortuos infamare, Res-
 publicas, Vrbes, Religionem, ac cuiusuis gene-
 ris mortales, dētatis chartis in initio statim mor-
 dicus apprehendere. quid nisi hostile, Satyri-
 cum, flagitiosissimum, ac inuidiosissimū spirat?
 his igitur promissionibus, nisi uentum popula-
 rē, ac uulgi plausum, te quærere nihil, satis intel-
 ligi potest. Nunc ad conclusionem Dialogi, in
 qua ERASMI nostri, cuius antea Scripta non
 admodum probabat, uestigia imitari ac sequi et
 Deum immortalem, quā mellitissimis admoni-
 tionibus iubet. Deum opt. max. roga,
 (inquit) efficiat, ut nos h̄isdem insisten-
 tes uestigijs, eademque uia, qua bo-
 nus Erasmus incedentes, ad eum
 rectā perueniamus. Plinius ille Naturæ
 indagator oculatissimus, Animal fraudulētius,

ac homini magis inuidiosum, quam stellionem
 nullum inueniri scribit: quam quidem pestem de
 pictam, guttulis stellarum in modum lucētibus,
 sepulchrisq; frequentius inhabitare aiunt. Vos
 met ipsi o candidissimi uobiscum recordamini,
 quam probè Philopseudes hic noster, cum hac
 peste comparari possit, quem quidem re in nulla
 (nisi quod scorpionis more hic etiam amplecti-
 tur, & aculeū infigit) dissimilem huic pesti, cui
 alias inimicitia cum scorpione est interneciuā,
 inuenio: quā fraudulenter enim, quā insidio
 se petat ERASMVM, audistis: quot stellulis,
 id est quot phaleratis dictis, splēdeat: pestis hu-
 ius tegumētum, depræhēdi potest facillē. nā nec
 frons, nec cauda pictura caret: si enim à frōte
 os canorum inspicitis, funus ERASMI luctus
 dignum, oculis uestris admouetur: si reliqui cor-
 poris medium, mira apparet laudis, sed fucata
 prædicatio. si caudam turò accedis, etiam pul-
 chritudine raptus, lectioni te detrabere non po-
 tes, quoad dentatus te abigat morsus: tunc semi-
 stupidus ac mira uarietate affectus non astum,
 nec dolū, nec quomodō correptus sis, depræhē-
 dere

dere potes sed dicas, oportet, magnifice sentit
 de ERASMO, tatum stellatura illa falsus. Quã
 odiosum igitur stellionatus commissum, quod
 Philippus A. seuerissime uindicandum cēsuit et
 apud Iurisconsultos inuisum esse, scitis ô candi
 dissimi tam grauitè à lectione huius Dialogi
 famosi terrendi sunt omnes, qui literas bonas a
 liqua student persequi beneuolentia. nam nec
 temporis, nec personæ, nec reuerentiæ ullius ra
 tionem obseruatam istis in nœnijs uidetis. Præ
 terea nulli dubium esse potest, quin arietem e-
 mittat Philopseudes, ad irritanda Germanorũ
 ingenia. frigidus hic latet anguis in herba. ac
 quo ansam arripiant nonnulli rixæ cupidi, ut
 tandem euomere possint diu conceptum odium.

At per Deum immortalem,

At ô Deorum quicquid in cœlo regis,

Terras, & humanum genus,

Quid iste fert tumultus?

Furor ne cæcus? an rapit uis acrior,

An culpa? responsum date:

Cur succrescentem literaturam, Diuinaq; non
 nulla Germanorũ ingenia, quædam Nationes

tam irato animo prosequenda putant? Perferenda esset quorundam æmulatio, nisi inuidiæ quoque alimenta, & audaciam adderet. nam æmulus te si aliquid detrahit, meliora adfert: cum inuidus pessima proferat, optima quæque autem deprauare soleat, ac præuaricari. quæ res, uel Manibus mortuorum abominanda (si Platonis staretur dogmate) apparet. Existat igitur ERASMV S ipse hic, ERASMV S inquam ille, quæ uobis omnibus optimis omnibus tam charum scio, quæ audire etiã ad Hyperboreos usque adcurrere nõ abnueretis. Eum ipsum ergo, putate sic agere, et uobiscum loqui. Memini Viri clarissimi, Alumni dulcissimi, me olim conquestum fuisse, quum hoc ingenio natus essem, ut semper, quod de Achille Homerus profert, in animo, et in ore haberem.

Ἐχθρὸς γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύ-
λων,

ὃ σὺ ἔτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο
δὲ εἶπες.

tamen hoc Fato contra me natum uidebam, ut & per omnem lucis mortalis usuram, cum mendacibus ac impostoribus res erat, quod equidem licet molestis-

molestissimum fuit, mihi tamen utcumq; ferendum uidebatur, Ouidiano eo me consolanti:

Quia lædere uiuos

Liuor, & inuiso carpere dente solet:

Verum ut sunt pleriq; mortalium ad deteriora proni, eorum dogmata, ubi Diuinum, ubi cœleste est omne, quod geritur eas literas, quas non ut humanas excutimus, sed ut Diuinas ueneramur iam nūc contemnere, ac maxime prophana sequi aliter quoq; quàm illos, qui rerum origini propiores fuere, ipsos de animarum natura sentire sentio nec nō, Lucretiano illi Carmini impio,


Mortalem tamē esse animā fateare, necesse est, plusq; symbolo sub nomine Diui Iudæ ac Matthiæ uulgato deferre. Quoniam autē hīc homines Christianā fastidiūt philosophiam, Epicuri ac Plinij doctrina turgidi, uellē amœniora sermonis prata, propter difficultatē, & (ut ipsi imaginātur) duritiem linguarū, etiā ingrederentur, ac Platonis Opera, cuius eloquentiā etiam Iouē uix imitari posse Antiqui dixerunt, uentilarent: si qua mihi fides præstanda, credite, tunc

nūquam eos fugeret defunctorum animas, uim
 habere quandam, (philosophice cū talibus Phi
 losophis agam, oportet) necnon curam illis inef
 se præcipue earū rerum, quas aut generarunt,
 aut reliquerunt. Quāto magis, cum unusquisq;
 sibi sit proximus, ac Tunica, ut ait Plautus, pal
 lio propior existat, naribus non adeo mucosis
 me existimaret ullus, quod multo labore paratā
 famam, à pessimo adustam non olfacerem. Vete
 res dicebant eos, qui patrassent homicidium,
 aut aliud impium facinus, à Diris ultricibus agi
 tari. Si iniuriam uiuentium infernales deæ tam
 exactè ulciscuntur, mirum quod mortuorum
 iugulatores exemplo Pirithoi, (quanquam is
 amore adactus, hi liuore ducuntur) Manes in se
 ctari non deterrentur. Tradit Iunius Cordius,
 quod Historiographi quoque de Iulij Cæsaris
 percussoribus scripserunt omnes, quicunq; Iuni
 orem illum Gordianum, Maioris Nepotem, gla
 dio appetiissent, manibus proprijs, iisdemq; gla
 dijs, quibus illum uulnerauerāt, interiisse. Vide
 tis clarissimi, Reipublicæ Romanæ inuasorem,
 item & eiusdem tyrannidis emendatorem parē
 ultum

ultum uindicta · Brutum hominem sanctissimi-
 mum, Philippum Arabem perfidissimū, uita dis-
 similes, pœna simillimos. Rogo igitur, num pror-
 sus amentes habendi sint ij, qui cum Ethnico-
 rum Ethnicos interfectores pœnam non au-
 fugisse audiunt, se, cum piorum Manes fatigāt,
 uindictam euasuros credant? & maxime hi,
 quibus persuasum est, si quis de statua Diui ali-
 cuius, ipsorū calculo inter beatorum sedes collo-
 cati, male sentiat, peculiarē Sancti morbum, de-
 clinare contemptorem non posse. non dubito si-
 mica his inesset rationis, à contumelia, qua iā
 illæ sibilis exagitor, abstinuissent. Naturæ peri-
 tinarrāt, inter serpentiū genera, anguē esse, qui
 maxime hominum gaudeat consuetudine · ho-
 spiti quoq; qui nulla in re, illæ sus molestiam ad-
 ferat, adeo ut etiam unā cum Infante herili quā-
 doq; lactem lambere, ex eodem uase, innocuus
 uisus sit. utq; pro omine auspicato habeatur,
 eius cohabitatio · sed occisus tantā inferat infœ-
 licitatem, quantam unquam ingratitude de-
 meruisse aliquem constat. fidem ne mereatur,
 an superstitio sit aliqua hoc, non certo dummo

do ex eo colligere possitis, quantum optimi semper immortalitati animæ, quantum honoris uita iam functis detulerint, ut etiam rationabilibus animalibus post interitum ultionem adscripserint. Vergilius autē, ne dubitaret quispiā de immortalitate animi, uel Culicē, sepulturæ curā gerere finxit. Perpendite nunc, quæso, quæ spe frustratus sum ego * quanta impudentia, quanta impietate alij sunt præditi, qui uel uita spurcissimos post fatum lacerant ne de me ipso dicam aliquid tumidius, qui uitam traduxi, si non omnibus inculpabilem (quod nemini hominum conceditur) à paucis, ac forsitan delicatoribus, in nō multis repræhensibilem. Nam si totius uitæ meæ mihi subeunda esset ratio, nec prima illa lux, quæ natalem mihi dedit V. Cal. Nouembris post natum Christum Anno Septimo ac sexagesimo, post Millesimum & quadringentesimum nec ultima dies, quæ lucē mihi peperit sempiternā, 1111. Eid. Iulias, Anno Sesquimillesimo ac tricesimo sexto, iam septuagenario peccitanda ueniret. Ut autem & nobis hi, qui mortalitatem animæ somniant, ac τὴν ἀθανάτων ὅλβην omnia tribu-

tribuunt quod maximū putant, nō deesse uidere possint (hic Christianos nihil moramur, qui ne ineruditis in Fati opinionē relabēdi occasio detur, hanc artem meritō ac iurē reijciunt) si ulla syderum reuolutioni, in hoc mirabili Dei opt. max. Opere, ac mobili superioris mundi machina, uirtus, uel in corpore humano aliqua euegysia concedatur non ambigo uel felici sydere & nos natos esse, cum Genesis nostrae momenta, adscriptis in locis reperiantur.



Præterea Platonis illud dictum, ac felicitatis
 suæ enumeratio, Quod homo, non brutum*
 Mas, non Fœmina* quod Græcus, non Barba-
 rus natus esset, in omnium ore uulgatissimū no-
 bis quoq; sese offert, ac patrocinator ipsum. Nā
 hoc temporis an Germanū, aut Græcum esse
 præstet, uel iniquissimus arbiter optime iudica-
 bit nobis tamen egregie fatendum est, ueteri
 Germanorū nobilitati, & fortitudini (de qua,
 ut Floridus scribit, hodie quoq; nō degenerāt)
 humanitati, simplicitati, de quibus Tacitus olim
 scripsit & uerum ueri Dei cultum, ciuilitatem
 que non modicam accessisse. Vt ueniam ad Hol-
 landiam, cui uitæ olim transactæ initium debeo
 cui quicquid honestamenti attulimus debitum,
 atq; solummodo pro doni qualitate, nobis à Spi-
 ritu Largitore omnium, & diuisore concessi, il-
 lata esse cognoscimus, & fatemur. Batauum e-
 nim nos esse, tantum abest, quod pœniteat ut pa-
 cem, simplicitatem, ac patriæ commendatam
 synceritatem à Veteribus, in gloriam nostram
 redundare non dubitemus. quum olim etiam La-
 cedæmoniorum Rempublicam, Sabinorum Gē-
 tem,

tem, ac Quiritium Urbem, his uirtutibus cre-
 uisse, et floruisse legamus. Nec ruborem nobis
 adferre potest hodierna Batauorū benignitas,
 & politia: nullus enim in hominibus huius regio-
 nis fucus, nulli insidiantur, omnibus hospitaes
 sunt. taceo soli fecunditatem uel nimiam, pa-
 scua læta ac uberrima, flumina piscosa, ac ad im-
 portationes accommodissima: quas urbes, quæ
 oppida, quot hominum communitates spacium
 mediocre regionis continet? Adde nitorem
 domesticum, qui & si non plurimum ad laudem
 facit ex ipso tamen, œconomia, & uulgarium
 hominū, in re domestica laudata, utilis & inge-
 niosa disciplina uideri & agnosci potest. Medio-
 crem eruditionem quis illis neget? Sit igitur &
 hoc commune mihi cum alijs argumentum, &
 ingenuitatis, si quid, ut plurimum potest, dat pa-
 tria, prærogatiua. Quid, quod non ita pridem
 quam natus essem, eloquentia sepulta reuiu-
 scere cœperat, linguæ, dona Spiritus, Spiritus gra-
 tia, non minori impetu in Theatrum huius mun-
 di introruperant non aliter, quam olim in con-
 clauē illud congregatorum Discipulorū Chri-
 sti? Te-

fti? Testis Emanuel Chrysoloras, ac Ioannes
 Rauennas, quorum è ludo literario, tanquam ex
 equo Troiano Viri prodierunt in utraq; literatu-
 ra doctissimi plurimi. Nihil de Rodolpho Agri-
 cola equidem dicam, qui me Puerο floruit, cui-
 us incomparabilem eruditionem Itali, et exteri
 omnes admirati sunt. De Reuchlino nostro,
 qui ut exterorum testimonio Hebraicæ linguæ
 elementa Latinis primus attulit sic Chaldæa, et
 Græca, præter maternam, et Gallicã utebatur
 scite. Hæc tempora, hoc seculum nostrum sibi
 uendicāt natalem, quæ uel primitiuæ Ecclesiæ
 linguarū donis facile accedunt. Constat ergo,
 Deo gratia, momentum, patrium solum secu-
 lū, in quibus uitæ mortalis usurã accepimus, nul-
 li qui fœlicissimos procreare Liberos aueret po-
 stergandū, nobis obtigisse. De Parētibus loqui,
 quid opus est? si enim iamiam Natura, ut cum
 Horatio loquar, iuberet

A certis annis æuum remeare peractum,
 Atq; alios legere ad fastum quoscunq; Parētes
 Optaret sibi quisq; meis contentus, honestos
 Fascibus & sellis nolim mihi sumere demens.

Quar-

Quanq̄ Puer in cunabulis adhuc, Matre orba-
 tus, à Genitore optimo uix sermonis compos li-
 teris addictus sum. præuiderat enim, opinor, a-
 libi quàm in studijs ingeniolū meū nihil ualitu-
 rū. Puellum Traiectum me mittit, ubi in Gram-
 maticis ac præcentiunculis, quibus tenerrimæ
 ætatis, ac tenuissimæ uocis gratia præficiebar a-
 liquot annos, detriti sunt. Deinde Dauentriam
 deductus, Alexandrū Hegiū, Rodolphi Agrico-
 læ, et Guarini Veronēsis Discipulū, Virū san-
 ctū, facundū, æque ac eruditū, gloriæ humanæ
 contēptorem audiuius, nullo coætaneorū, aut
 sodalium inferior in percipiendis aut retinendis
 prælectis. ni me Sinthemij Viri probe literati,
 ut illa ferebāt tēpora, fallit amica et blandissima
 adhortatio. Hæc fuerūt Viri optimi, infantiae no-
 stræ institutiōes, his ficta est Præceptoribus, hu-
 iusmodi Puellus sum imbutus rationibus. Tandē
 ut ad pueritiā peruenimus, altero nostro Parēte
 etiā uita functo, uix annū egressus duodecimū
 Cognatorum rapacitate truncatum patrimoniū
 adiui quod Tutori cōmissum est, cuius indiligē-
 tia reliquū, quod absoluēdis studijs abunde suffi-
 cēret,

ceret, magna ex parte intercidit. qui me, ne olim ratio malè administratæ procuratiõis ei reddenda foret, reuocat in patriam. postea Adoleſcentulum, annum agentem decimumquintum, nolentem & renitentem, minis, omnigenaq; animi oppugnatione in cœnobium Canonico-
rum regularium detruſit. à quo uitæ genere cū animo, tum corpore eram alieniſſimus. ubi temporis & carceris tædium, quod æquales iocis, ſomno, comēſſationibus ignauiter abſumebāt, literis, quas præter, nihil animo meo erat ſuaues per biennium fere ſefelli. Cum Guilhelmo quodam, quoad in amicitia ſynceriorē, ac in ſtudijs colluſorem doctiorē nactus Guilhelmuſ Her-
manum Goudenſem, (nam Guilhelmorū nomen maximè mihi fauiſſe, quodam Fato uidetur mihi accidiffe) ſuffuratis ad ſtudia horis. cū palàm licuiſſet aut ſcortari, aut potare, aut ludere, Latinorum Volumina excuſſi. donec. R. P. D. Henricus à Bergis iam me luuenem, ſacris initiatum, Romam petiturus in ſuam me euocauit familiam, neſcio quibus nugis à me ſcriptis (ut fama referebat) ſtimulatus, ac ita perſuaſus,
quaſi

quasi cum usui, tum ornamento illi esse possem,
 si cum Pontifice Romano, uel Patrum purpura
 torum collegio sibi agendum foret. Liberatus igitur
 hoc carcere, quum uiderem in nostrate
 Germania crassam illam Barbariem impune
 grassari: ac literas Græcas attigisse, uel bene
 Latine loqui, pro hæresi haberi iam bellum me
 ditabar, ac eos ulcisci calamo, qui mihi Puero
 satis odiose faceßissent negotium, meq; à meis
 amoribus, id est literis politionibus, depulßent,
 institueram. ecquid autem per Deum immorta-
 lem iustius auspiciatus essem, aut commodius?
 Quo igitur reliquos literis ac bonis artibus de-
 ditos, ad profligationē tyrannidis, quem in to-
 ta literatura quorundam Barbaries nacta erat,
 incitarem, adhuc annum agens uicesimum, ag-
 gressus sum Antibarbarorum Libros Quatuor.
 his negotijs in aula Cameracensis Episcopi oc-
 cupatus, consuetudo mihi fuit cum Guilhelmo
 Conrado COS. & Iacobo Batho Ciuitatis
 Bergensis A'secretis, Viris ad fauorem studio-
 forū natis, Naturæq; uirtutibus omnibus instr-
 ctis, non aulicum agens aulicas edidici arteis
Paulo

Paulo post Antistitis liberalitate, haud grauatim, sumptibus instructus Lutetiam adij. Scotista factus, ac in Collegio Montis, Theologiae, quam Scholasticam uocant, iam quatuor plusquam uiginti annos agens, operam dedi. Ad Graecas literas utcunq; Puero degustatas, summa in Graecorum codicum inopia, maxima penuria doctorum, ipse mihi Praeceptor esse coactus, redij. Nugas Luciani aliquot, ut attentius Graeca legerem, transfudi quibus Amicos aliquos, diuersis temporibus, seu strenulis salutauimus. quae quidem omnia Studiosorum tanto applausu rapiebantur, ut miro successu Graecae linguae peritia, etiam Gallis, & Germanis, & Britannis communis esse coeperit ac amabilis adeo, ut non multo post, tanta alacritas nos ipsos impulerit, ut Theodori Gaza, Viri exacti & sublimis ingenij, Grammatices Libros Duos, ut quorundam tædio consuleremus, transferendos susceperimus. quum antea è Plutarcho, quo nihil secundum literas Diuinas legi sanctius, nonnulla Opuscula etiam uerteram. Habetis iam, opinor, Viri candidi, & erga litera-

rum studia, ac utriusq; literaturæ incrementa
 iuuentutis meæ summam diligentiam in qui-
 bus promouendis, pro mea quantulacunq; por-
 tione conatus sum, iuuentutem ab inscitæ cœ-
 no, ad puriora studia excitare nec omnino male
 successit conatus. Nec Parrhisij ignotus uixi,
 Gaguino, Andrelino, Roberto Piscatori An-
 glo, Viris absolutissimis per familiaris Montiois
 Reguli Præceptor quoq; factus, cuius uitæ inte-
 gritas, Præceptoris modestiam, in literaturâq;
 diligentiam satis demonstrat. Huius enim uero
 precibus inuitatus, Britanniam adij iam trige-
 simum & primum annum agens ubi sesqui-
 mensis tempore Mori, Pacei, Tonstalli, Coleti,
 Grocini, Linacri, & aliorum Virorum docto-
 rum amicitiam contraxi haud pœnitendam.
 Demum Lutetiam repetiturus, spoliatus exi-
 gua pecunia, occasionem habui inquirendi
 maiorem thesaurum quem equidem ex opti-
 mis Authoribus auide, attamen primo parçè
 corrasum, non mihi tantum, sed etiam omni-
 bus, qui orationis facultatem, & copiam af-
 fectabant, Anno à nato Christo Nonagesimo
 nono

nono, supra quater et decies centesimū, quasi a
 bortū abieci, qui quidē successu tēporis, in Vo-
 lumen Parcemiarum, omniū quæ scripsimus ma-
 ximum, magno labore excreuit. Nec iactura au-
 ri unquam tātum apud me ualuit, ut uel Amico,
 uel regioni subiraſcerer imò Montioio, qui de-
 derat occasionem perdendæ pecuniæ, id opu-
 sculum inprimis dedicaui. quod factum, multos
 mihi conciliauit Amicos, Viros eruditos, pru-
 dentes, ac probos nec me alienauit hoc damnū,
 quo minus Angliā sæpius reuiferē. Louaniū me
 deinde contuli, usus hospitio ſinceri ac doctissi-
 mi Viri Ioannis Paludani Rhetoris qui etiā sti-
 mulos addidit, ut Euripidis finirem, quia in cepe-
 ram, transferre Hecubam. Tandem ferè qua-
 dragenarius, diu desideratam petij Italiā. Italiā
 (inquam) omnis literaturæ Alumnā, Anno
 pontificatus Iulij II. Tertio. Augustæ Taurino-
 rum, Theologi titulus mihi inuito, & detre-
 ctanti obtrusus est. Cū Medici regij in Britan-
 nia Filijs Boierijs, quibus non Præceptor, nam
 Clystonem illis in studijs præfecerat, sed mo-
 rum curator eram additus, Bononiam perueni-
 ubi

ubi nullum annum uixissem insuauius, nisi Pauli Bombasij familiaritate & amicitia recreatus essem. Euocabat autem me sors mea, in aliud pistrinum. Venetias igitur concessi, ubi literis humanioribus non parum insudaui, usus familiaritate Aleandri, Ambrosij Nolani, Baptistæ Egnatij, ac aliorum Virorum, quibus nihil sum expertus candidius. Ab Alexandro autem Iacobi Quarti Scotorum Regis Filio, Patanium euocatus, M. Musuri, & Sc. Carteromachi commercio usus sum. non multò post cum Archiepiscopo S. Andreae in Scotia, Metropolitano, Regio iam nominato Filio, Senas commigraui cōmeatuq; impetrato almam deniq; uidi Romam sexennio antea, quàm Ioannes Medices, Leonis X. nomen assumpsit. à quo equidem, & frequenti studiosorum caterua, magno plausu exceptus, Dominico Grymano, Aegidio Viterbiensi, Cardinalitia dignitate illustribus Viris percharus fui. Nec deerat conditio, nec aberat uolūtas, Romæ ut manerem: sed retractus promissis in Angliam, uiam etiam ad summa quæq; conscendendi, id est Pœnitentiarij dignitatem

oblatam. spreuimus. Iam redeundum erat quo-
 que ad Archiepiscopum Scotum, Discipulum,
 cum quo postea denuo Romam profectus, ulte-
 riorem partem Italiae, Neapolim Campaniam,
 Sibyllae Cumanæ antrū, Accolis adhuc notū
 Puteolos, Nutricis Aeneæ, Caietæ scilicet mo-
 numentum ac Albam, ueterem Romanorum
 Progenitricem, utcunque se offerunt, perlu-
 strauimus. Sed reuocabatur iam regius Adule-
 scens in patriam, Anglis equidē pro uictima, ip-
 se uictimarius offerendus mihi aliquot annulos,
 ut gratus Discipulus, diues Amicus amicitiae no-
 strae pro pignore relinquens. in his erat, qui in
 gēma sculptū habebat Terminum, quo postea,
 quasi iā immineret uitae terminus, pro symbolo
 usus sum. quod quidem saepius à malitiosis in ca-
 lumniā raptum est, cum literis hunc solum im-
 primere cōsueuerim ne cogitatio termini, id est
 uitae finis, mihi excideret. Destitutus igitur hoc
 Discipulo, Amicorum ueterum memoria, quos
 in Britannia reliqueram, in causa fuit, cur &
 ego reditum in patriam maturarem. Salutatis
 igitur Amicis Antuerpiæ, & Louanij, Britan-
 niam

niam adamatam, lætitiâq; permaxima ob Henricum Octauum eo tempore in regnum sublimatum, repletam repetij sæuiente peste Londini, publicè Cantabrigiæ docui, priuatim de Copia Verborum Et rerum Libros Duos, duodecimo antea anno, tumultuaria opera Aureliæ à nobis auspiciatos, in gratiam Ioannis Coleti exarans. Denique & Moriam, apud Morum, renuum dolore domi retentus, ac Bibliothecæ aduentu suspensus, lusimus cum conceperamus etiam & Gratia, & Naturæ Encomium edere. morositas autem quorundam effecit, ut uerterem consilium ac cum nostrum institutum tantum erat, admonere, nō mordere prodesse, non lædere cōsulere, non officere moribus hominum tantam rabiem unica illa declamatiuncula miseris aliquot calumniatoribus peperit, ut primus fuerit noster partus, qui defensionem poposcerit. omen ni fallor, sudoris sanguinei, quem postmodum in scriptitandis Apologijs profusuri eramus. Vix igitur tum Badius Moriam absoluerat, Leone Decimo inaugurato,

BASILEAM huc me contuli, ubi cœlum, genus hominum, tam mirè mihi arridebat: quod etiã amicissimo, id est Moro meo, iactavi, amicus, aut syncerius his me sensisse nihil unquam. Imo quum Angliam & patriam, & Romam prætuleram, quasi aliàs nullibi moriturus, huius inclytæ Ciuitatis amabilitas, humanitas, sententiam me mutare coëgit. in hac equidem postergatis progymnasmatibus, quicquid in Sacris literis ausus eram unquam, ceu ex arce, in castra Christiani orbis proiecimus. Nec non biennium totum, hinc illinc decurrens in congerendis Exemplaribus, ex quibus Hieronymus noster elimator ederetur, absumpsimus. In ordinem postea adscitus eorum, qui CAROLO tunc Principi, Monarchæ nunc orbis potētissimo A consilijs erant, Consiliarij fidelis partes auspicati sumus. Institutionem Principis Christiani multa cum libertate, tamen sine Magnatum offensa conscripsimus. Demum quum Princeps noster clementissimus in Hispanias regressus, per latrones, per medias pestes, per niuium mōtes, flante Borea, ac omnibus Naturæ rebus

con-

congelatis in pistrinum meum, in hanc inclutam Urbem aduolauī, quasi adamantina ualitudine præditus essem: cum omnes, quàm delicatum corpusculum habui, non ignoretis. Sed quid? Fatum erat meum, Domini sic erat uoluntas, ut cum talento à Domino mihi dato, in hac Vrbe negotiarer. S. P. Q. BASILIENSI debetur, paucissimis exceptis, quicquid in Sacris literis scripsimus. Multum illi debet Hieronymus, non minus Chrysostomus: adde iam Origenem, Augustinum, Ambrosium, Arnobium, Cyprianum, & reliquos Authores nostro sudore castigatius in lucē datos. Ecclesiam, Matrimonij Institutionem, Viduam Christianam, De Puritate Ecclesiæ, De Modo Confitendi, De Esu carniū, De Misericordia Domini, aliquot quoq; aliorum Psalmorum Enarrationes, uobis acceptum referant, pij oportet. sub umbra enim uestra, unā cum Linguae descriptione, ea omnia exarauimus. Vobis Puelli pro Pronunciationis Modo, Adhortatione Galeni ad studia, Parabolis, & Colloquijs, denique pro toties auctis Adagijs, si quas uobis referūt

gratias. Octo annis perpetuus uestra usus sum
familiaritate, & hospitio inclytæ huius Ciui-
tatis. propemodum enim adoptaram eam mihi,
in patriam. Certe arbitror, neminẽ esse, qui de
me queri possit. meo succu uictitans, nec cuiq̃
grauis impediõ, aut (ut opinor) incõmodus fui.
Quod equidem olim, cum quorundam tumultũ
non admodum probarem, à uobis multorum lu-
ctu discederem, hoc Tetrasticho testatus sum.
Iam Basilea uale, qua non urbs altera multis

Annis exhibuit gratius hospitium.

Hic precor, omnia læta tibi simul illud, Erasmo

Hospes uti ne unquam tristior adueniat:
Ultimo tamen Friburgi iam septennio peracto,
cum iamã in spem reditus mei, commodũ mihi,
in meam gratiam erat extractum cubiculum,
ad uestram tranquillitatem recurri, quam sub-
turbulentam reliqueram. nam cœlum uestrum
meæ ualetudini commodius semper expertus
sum. cum Friburgi Brisgoiæ, corpusculo nostro
parum erat amicum. Dixisses tamen uerè de ro-
go me cogitasse tunc, si q̃ enixe Fatum meum,
ut BASILEAM repeterem, urgebat, cernere
potuis-

potuiffes. Vocabar in Brabantiam, in Burgundiam Romæ agebatur, ut præpofituris onerarer, ut cardinalitio galero donarer. Quid multis? uidebam imminere uerum meum Terminum. in uotis erat, ut ueftra e Ciuitate, ad Superos emigrarem, Christo propitio. Oneratus iam eram fatis fama nominis, requies illa Domini, Deiq; noftri mihi fola optanda erat. ne tamen dedifcēdo morerer, cū iam in mortali uita bene habendi fpes omnis mihi adempta. laboribus exhaustum corpusculum, lætalibus calculi nixibus, & articulorū cruciatibus diris exinaniretur, nec nifi cute & ofibus reliquis, quicquid erat fpiritus, in abfoluēdo Ecclefafta, qui multis in locis hiulcus, et inchoatus erat, cōfumpsimus. Supererat adhuc fcintilla uitæ mortalis, cū Amicorum Epiftolas, nouæ editionis gratia euoluimus plurimæ earū, quæ à Viris iā e rebus humanis exemptis, ab Amicis chariffimis miſſæ mihi erāt, in manus ueniebāt. Accedebat Mori, et Roffenfis memoria, non ne tūc optandū erat, non ne mori tunc mihi lucrum, ut apud Chriſtū iungeremur. fui enim, ut fcitis, ad incōmodū

usque amicitiarum tenax. Tandem dysenteria
 per mensem fermè integrum adhuc uexatus, ui-
 tæ meæ quàm consentanea mors mea fuit, uos
 uidistis ô Viri integerrimi. Habetis igitur pau-
 cissimis, ac simplicissimis uerbis, totius uitæ
 meæ descriptionem, non ut ignaros uos putem,
 quomodo, & cum quibus uitam mortalem tra-
 duxerim. sed ut uobis relinquam ad excutien-
 dum, an par sit, quem in summa tranquillitate
 cum Christo uiuere creditis, eundem impro-
 borum quorundam famosis libellis lacerari. Sed
 quid ô candidissimi, ERASMI personam in-
 duxi? quem cū Senioribus illis sedentem super
 thronum, nulli alijs rei intentum, quàm lau-
 dare, benedicere, Deo gloriã, & honorem, &
 uirtutem acclamare non dubitamus. Nostrum
 erit, ut uel seuerissimis Iudicibus ERASMI ui-
 tam me probaturum esse confidam. Tu Philo-
 pseude, putato te ERASMVM uel apud Pue-
 rum alphabetarium, tanquam semilatinum tra-
 duci. non ne statim Colloquiorum Libellum in
 os tibi impinget impudētissime? Oppugna quam
 tumuis existimationem eius apud Dialecticos,
 plaustra

plaustra adducentur tibi, ex Apologijs Argumentationum optimarum. Affinge illi tenuitatem orationis, Rhetores omnes Copia ipsius seditatos esse, ex tempore reclamabunt. Sed quid his immoror minutijs? Vis ne Iurisconsultum, non in foro, sed in Scriptis, optimas non solum citauit, sed etiam præscripsit Leges. Tu Medice, satis scio, doles, plus in Galeno ipsum, quam te, tenuisse. Theologum eximium, non ne satis probant uel præsegmina, quæ uel benemeritis, uel etiam improbis flagitatoribus exarauit? ut sunt, De Tædio, Et Pauore Christi, & huius farinae alia. Ne diutius uos remorer autem Viri candidissimi, Philopseudis ipsius inspicite nequitiam, Dialogi famosi titulum cognoscite, In Des. Erasmi Roterodami Funus. Quid amplius? Philalethis ex Utopia. Hæc est innocentia huius authoris, hæc integritas, ut nec nomen proprium, nec loci exprimere ausit: sed ficta suis famosis uirulentijs inscribit nomina. Videte, rogo, ex inimico, inuido, crudeli, tumido, temerario animo euomitur tota huius libelli tragædia. fama autem illa

nec unius, nec priuata est, quæ appetitur quæ
tentata est, ista procacitate tam nepharia. Mul-
torum æstimatio arroditur, sub nomine unius
officijs pleno, religionis pleno, authoritatis ple-
no. Scitis ipsi, uel Terentiano isto Phormione
nigriore esse, nec admodum bonum Virum hunc,

Qui captat risus hominum, famamq; dicacis
Finger qui non uisa potest.

Qui amet, quauis ratione aspergere cunctos,
Præter eum, qui præbet aquam.

Christianus autem qualis esse possit, aliorum
qui arrodit famam qui incerta pro certis (quæ
etiam flagitium sit, quum opus non est, euo-
mere probra uera) affirmare audet, Paulus ip-
se, qui *καταλαλιαν* prohibet, satis aperte
demonstrat. Proinde tecum loquor Philopseu-
da, tantum in curandis morbis occupato qui
contraria contrarijs miscens, omnem digla-
diationem pulchre processuram tibi persuades,
cum si uel unquam micam Valentiniani, et Valentis
Principis. Legem inspexisses, aut Iustini Imp.
Institutiones saltem uentilauisses, tibi occurre-
re potuisset pena illa capitalis infamia, quæ

Car-

Carmine uel libello famoso edito luitur, statim
 te intestabilem, capitis reū audisses. Nam quan-
 tū assertionibus tuis, uera opituletur fides, Puel-
 lo apparet, cum Cæcitas ipsa facile uidet, dolo-
 re malo, ficto nomine, ad alterius infamiam scri-
 psisse. Quid autem, moueret ne Lex ulla Medi-
 cum non humanum? quorū nonnulli quanto in-
 doctiores, tanto audaciores solent esse. ut etiam
 Legislatorem, Imperatorē ipsum, (ut cū Hadria-
 no Principe loquar) auderent interficere? Mo-
 ueret ne Lex ulla, quem iussa atq; pollicitationes
 sacræ Scripturæ ab iniuria demortuorū arcere
 non possunt? Moueret ne Lex ulla, quem quod
 Christianus dici possit magis, q̄ Ciceronianus,
 nihil laborare uidemus. De mortuo (etiam tuo
 inimico) gaudere noli, inquit Scriptura. Idem il-
 li est, quasi dicas, Lege Duodecim Tabularum
 cautum est, Mortui, iniuria ne afficiuntor. Mo-
 ueret ne Lex ulla, quæ resurrectionis spem ab-
 iicere omnem, & uilipendere auditis? Iurat Do-
 minus, Viuo ego, tibi primam sessionem in re-
 surrectione meā dabo, si defunctos uita hono-
 raueris, si Senem reuereris. Tantū est huic. ac
 si il-

si illi dicas, inter Solonis Leges, præcipuam lau-
dē habere eam, quæ prohibet, Ne maledicta in
defunctos conijciantur. Sed quid multis? Reci-
ta Gentium consuetudines, depinge illi Davi-
dem, qui luctu luctuosissimo ac lachrymoso, ir-
reconciliabilem inimicum, à Deo reprobatum
Regem Saul persecutus est. iniustum enim ui-
sum est ab omni æuo, aduersus mortuos iniu-
riose agere. tantum illum commouebit, quan-
tum Homeri illius Poëtæ uetustissimi indigna-
tio. Qui Achillem, cuius encomium feliciter
cecinit, amentem, uecordem, inhumanum, iniu-
rium, iniustum, sæuum, furentem uocat. cum

Κωφλὺ γ' οὐ γὰρ γαῖαν ἀεκίσει μὲν ἀέθωρ,
cum Hæctori hoste inimicissimo, qui alterum
Achillem, Patroclum scilicet, interemerat, iam
morienti & mortuo illudit, parua ne erat hic
iræ causa? hostis erat Hæctor, Frater Paridis,
propter cuius raptum ad Troiæ mœnia deside-
batur, interfector Amici. Maxima me Hercle,
sed minor quàm Encomiastæ probatur. agrico-
la ille apud Aristophanem Trygeus, ipsum Mer-
curium, ne mortuo Cleoni maledicat, labra cõ-
pesce-

prescere iubet, exclamans.

Πᾶσι, πᾶσι ὦ δέσποτ' Ἑρμῆ, μὴ λήγῃ
 Ἄλλ' ἔα ἔρμ' Ἄνδρ' ἐκείνου δ' ἴαρες εἶ-
 ναι κατῶ.

Licet Cleon ille olim, apud Athenienses dux
 ignavus, Cuius violentissimus, ac Areopagita
 crudelissimus fuerat. qui Mitylenæos omnes
 trucidandos, impuberes cū Feceminis in servitu-
 tem redigendos censuerat, minima quidem, re-
 spectu tātæ crudelitatis, offensus unculæ causa.
 Sophocles, quod nonnunquam mortuis obtre-
 ctatur, exclamat.

ὦ δὲ φεῦ, τὸ θανάτου ὡς ταχὺς βροῦσι
 χολεὶς διαρρῆι.

Ac Euripides etiam in Phœnissis ait,

Κακῆνο λέκεται, μὴ ἐφουβείεσθαι νε-
 κρούς.

Quidius ad hoc non inepte alludit, inquires.

Quid inanem proteris umbram?

Quid cinerem saxi, bustaq; nostra petis?

obtreçtatori scilicet improperans inhumanita-
 tem, quasi præsciret Tomitanos Civeis pro-
 pter ingenij sui nobilitatem è publica pecunia,

Tym.

Tymbon illi magnificè structuros, mortuo & peregrino, & ab Orbis Domino proscripto. Nec nequiores talionem tulit Mæonius ille. Vates, qui cum religiosissimè defunctorum tutatur æstimationem. septem inuenit Ciuitates, quarum unaquæque natalem suum sibi uendicare nititur. Videtis nunc, opinor, ô candidissimi, nihil curare hunc, quod Deo ipsi curæ fuit: nullius momenti æstimare rem, qua tot pij solum commendantur: tot Principes, & tyranni quoque Decretis, ne secus fieret, sanxerunt. in qua Respublica Christiana uel ad superstitionem usque, occupata fuit. Quis uestrum autem, sine stupore audit, omnes bonarum literarum studiosos ijs, quibus ad maledicentiam, ingenium precarium, & lingua est uenalis, propinatos esse, Leges derisui haberi, Principibus maledici: denique bonos omnes, ab infimo ad summum usque infamari. Leo ille X. Pontifex Maximus & uirtutem & doctrinam, quam in minoribus, id est Cardinalitia adhuc dignitate præfulgēs, se in ERASMO perspexisse, agnouisse prædicabat: iam ad supremum in humanis uesti-

uestigijs euectus, fidem ac summam eloquentiam & publice ac priuatim commendat, extollit. Quot uirtutum titulis Adrianus VI. hunc ornatus? Clemens VII. literis ipsius dextera propria scriptis, ERASMVVM nos firum salutare haud dedignatus est. summa indignatione tuisimiles blaterones, qui ERASMVVM lacecebant, etiam officijs priuari iussit nihil non offerens ERASMO, si accipere uoluisset. Paulus III. quantis præconijs, & pietatem & iudicium ERASMI extollit nec his contentus, obstante tenui censu, magno ambitu agit, ut parato ex beneficijs redditu annuo, purpurato Senatui illū adiungere possit. Hic Philopseudes iudicat, Scripta ERASMI lectu periculosa, ac schismatica esse intonat: quid modò restat, nisi ut Scriptorū ERASMI fautores, hæretici iudicentur? quid, nisi qui sequuturus est Pontifex, omnia rescindat, deleat, ac acta horum Pontificū annihilat? In hoc album includitur IMP. CAROLVS CLEMENTISS. qui priuilegijs, omnium Scriptorum ERASMI editionem tutatus est: includitur Romanorum, Ferdinan-

nandus Galliarum, Franciscus Angliæ, Hen-
 ricus Poloniæ, Sigismundus Lusitaniæ, Rex
 Ioannes. quorum primus, ac illustrissimus Prin-
 ceptor, ERASMV M Præceptorem suum nomi-
 nare alter, illi omnes honores deferre. reliqui
 omnes, ad se inuitare, & donis decorare nõ ab-
 horruerunt. Tam an horum sit, male mentis ho-
 mines tanto fauore prosequi, tutari, et benignè
 fauere, nescio. haud tamen ignarus, tales Prin-
 cipes uel leuissima hac suspitione notare, nihil
 aliud esse, quàm eos tyrannidis insimulare. Ef-
 funde uirulentias omnes, quo modo persuade-
 bis nobis, Virum illum à teneris optimorũ con-
 suetudine usum, malæ mentis esse, ac in ordi-
 nem Consiliariorum potentissimi Monarchæ
 adsciri? Res sunt, crede mihi, maxime repu-
 gnantes, de quibus etiam apud Amicos uerba
 facere, tam periculosum quàm temerè effrena-
 ta illa tua, & præcipiti lingua in publicum de-
 his tuum iudicium tulisti. An tam mucosis na-
 ribus totam CAROLI Regiam æsumas, ut o-
 dorem, quem per totum orbis theatrum etiam
 tunc, cum eligeretur, de nomine ERASMI ef-
 fu-

fusum fuisse constat, non olfecerit? Tantam ne
 somnolentiam tribuis uigilantissimo PRIN.
 CAROLO, ut quum maxima dissensio inter
 summos orbis quatuor Monarchas • CAES.
 MAXAEMILIANVM, Regem Hispaniæ,
 Galliarum, & Angliæ iam componenda esset.
 somno conglutinatis oculis, Reipublicæ Chri-
 stianæ Consiliarium constitueret? Nonne aper-
 tissimum est, aulicam familiam à Principum in-
 genio pendere? Nonne ad mores Principis om-
 nes uitam attemperant? fateare igitur, necesse
 est, falsa esse, & nihil tuis dictarijs deferendū,
 aut aulam CAROLI, quæ religionis, & pieta-
 tis est templum, improbes, oportet. Principum
 sanctimoniam impugna, si Consiliarium calum-
 niari cupis. Principum enim uirtus, aut ruina,
 Consiliarijs maxime imputanda. est præterea
 in eorum arbitrio, aut pessimos, aut optimos e-
 ligendi. ex quibus omnibus, quàm iniurius sis
 maximis Potentatibus, apparet. ne quid inte-
 rim dicam, quomodo reliquos Principes tradu-
 cas. Condonabis enim facile, nihil æque appe-
 tentius esse similiū sui, quàm Naturam. nec re-
 nullam,

ullam, magis abhorrere à dissimilibus. Nunc si Ciceroni credimus, facta significatione probitatis, gignitur sensus diligendi, & benevolentiae charitas ijs, qui probitatem appetunt, ut se se applicent ac moribus, & usui probi ac boni frui gaudent, ambiunt pares, & aequales esse querunt, ac amicitiam conglutinant. Velis autem nolis Ciceroniane, & hic te mendacem esse cōfiteare, oportet. Sine uirtute enim, amicitia, nec rem ullam expetendam consequi posse ac uirtutes omnes inter se connexas, ac sic iugatas, ut si quis unam deesse confiteatur, nullam habere, negare non possit, uel inuitus concedes. Si ergo in tuo foro ageretur, absit autem calumniatori omnium impudentissimo calculus porrigatur, de Campegio, Bombasio, Moguntino, Fonseca, Eboracensi, Grymano, Sadoleto, & alijs purpuratis Patribus quid iudicares? ut nihil de cæteris Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, et reliquis Principibus permultis dicā. Nulla hic etiā Mori, Fuggeri, Paumgartneri, et aliorum Heroum incidat mentio si inquam in tuo foro ageretur, ERASMO unumquemque horum

horum, alterum ipsum fuisse · utrum ignominia
 hac tot, ac tantos Viros notares · an omnes, ma-
 li-animi esse dices, aut crederes? Haud satis
 dignam igitur habes Philopseuda causam, ob
 quam ERASMO malum adfingas animum · ob
 quā, flagitijs, turpitudinibus meliorem Principū
 partem contaminatam esse ducas. Lex Diuina
 prohibet, Principi maledicere · Paulus, Pote-
 stati non rebellem esse iubet · Crimen læsæ Ma-
 iestatis est, Principibus detrahere, mendacio
 illis uitia adpingere · ac in eorum Consiliarios
 (ut Honorius, & Arcadius A. A. censuere ·
 nam pars corporis Principis sint) scelestam in-
 ire factionem, uel cogitatione saltem · iura e-
 nim, pari seueritate uoluntatem sceleris, qua ef-
 fectum puniri uoluerunt. Quæ quidem omnia,
 nisi pessimo exemplo, dissimulari non possunt.
 Quanta enim impudentia, uerum Romano-
 rum Imperium, Germania, religione, forti-
 tudine, ac humanitate nobilissima · ex quorundā
 nebulonum uitijs, tota uitiosa · bibonum aliquot
 causa, bibacissima, ab homine uano atque im-
 pudentissimo uocatur? Incluta hæc Ciuitas

RAVRACORVM BASILEA, Dij boni,
 quibus iniurijs afficitur? superstitionis accusatur,
 ingritudinis insimulatur. præterea quot
 diebus notatur? nam quicquid conuitorum
 in ERASMVM euomit Philopseudes, eorum
 omnium notam sibi inuistam ingenuè fatetur.
 quod quidem tanto minus negari potest, quan-
 to maiori fide demonstratur, unius membri læ-
 sione totum corpus indolere. Fatetur S. P. Q.
 BASILIENSIS, ERASMO, etiam non am-
 bienti concessisse priuilegia omnemq; liberta-
 tem, quibus uel optimum Ciuem ipsorum, in
 Republica iure gaudere fas est. Quicquid cle-
 mētia PRINCIPP, tēporis cōsuetudo, patriæ
 leges, iuris institutum, inclytæ huic Ciuitati
 uel donarunt, uel obtulerunt ERASMO, non
 Hospiti, sed Ciui gratissimo, atq; benemeritissi-
 mo olim dedit, nec iuri suo inniti, aut ERA S-
 MI sui æstimationem iamiam uindicare, impen-
 sè, sudoris ue ullius tædio recusaret: modò Phi-
 lopseudes sese proderet, potuisset enim, cum
 uirulentias has effunderet, si iustam actionem
 in ERASMVM habuisset, coram Senatu hui-

us inclyt.æ Urbis, cum Hæredibus agere, procul
 dubio iustam sententiam relaturus. Reum autē
 iam esse Philopseudem, ob priuilegiorum uiola-
 tionē à PRINCIPP. ROM. huic Ciuitati cō-
 cessorum, quis neget? Nega hoc si libet, ego Vl-
 piano Teste hoc conuincam, qui Purgationem
 æstimationis defuncti post aditam hæreditatē,
 quoties funeri uel cadaueri testatoris iniuria il-
 lata fuerit, Hæredi irputat. Agnoscit inclyta
 hæc Ciuitas ipsum ERASMVM, quicquid fa-
 cultatum, ob literarum studium, promeruerit,
 uel à studiorum fautoribus dono acceperit,
 tanquam Ciuem gratissimum Testamento, &
 Apostolica & Imperatoriæ Maiestatis autori-
 tate, suaq; uoluntate condito, quadrifariam Rei
 publicæ huic distribuisse. Hæredem equidem
 dixisse, Bonifacium Amorbachium, & hunc
 Ciuem, Basileæ genitum. Cohæredes autem,
 Senes, Virgines, Studiosos, qui inopia hac in
 Ciuitate laborant. O pergratum hominem, o
 pium pectus, Dei immortalis beneficio omnige-
 na disciplinarum scientia instructum. Noster E-
 RAS MVS à generosissimis hominibus rebus
 l 3 cæteris,

cæteris, & humanis auctus est. Quid ille?
 Deo, & huic Ciuitati sua omnia distribuit:
 non patriam, cui et nos uitam iterum debere sa-
 tis sciebat non Consanguineos, quorum qui-
 dem post Parentes, magna gratia, pauperibus
 præferendos censuit. Pulchrum illi uisum est,
 quod à Domino accepisset, Christo reddi. Ag-
 nouit gratitudinem uirtutem esse, cum affe-
 ctus solus, nonnunquam Consanguineos con-
 glutinet. Quod nominis fama illi pepererat, lo-
 co, in quo nomē istud maxime acquisiuit, disper-
 sit. At ô uos ingratos (ignoscite, quæso, ô can-
 didissimi) ingratos uos huius almæ Academiæ
 Procures: ô ingratos omnes, qui studijs adspi-
 rant, si Reipublicæ literariæ oppugnatio uos
 nihil mouet. quid enim hic non uerendum?
 cum malum, sequaces habet tam multos, &
 nimium pronos. Tradunt Physici, Linguae ui-
 tium ex aliorum consuetudine maxime augeri:
 hinc etiam Aristotelis Discipulos, Præcepto-
 ris balbutiem expressisse. Legum despectus
 huius inclytæ Ciuitatis, uestre æstimationis
 notam sentitis. quid amplius expectandum?
 Vos

Vos Triumuiros, à sacrosancto Senatu huius
 inclytæ Ciuitatis, huic Academiae præfectos
 appello. Putate, ERASMVVS nostrum
 sic uobiscum agere. Si ullum beneficium in me-
 moria iam uobis hæret, Viri integerrimi, quod
 huic Reipublicæ, uel Academiae, in tutelam ue-
 stram commissæ, à nobis, opera & impensa no-
 stra illatum sit. Si benemereri de uobis unquam
 studui, par erit, ut fructum iam metere pos-
 sim. Pulchrum enim est, tenuia, sed grato ani-
 mo in Rempublicâ aliqua conferre. unde uni-
 uersorum fauorem, si quando opus erit, con-
 sequi possis. Nec minus uenustum est, Rem-
 publicam ita constitutam esse, ut uel minimo
 officio omnium Ciuium gratitudinem prome-
 rearis. Cum ergo beneficia, fructuosa solent
 esse ijs, à quibus sunt profecta. quid prohibet,
 uos ipsos admonere, ut existimationem pro-
 priam ipsi uindicare uelit. Studetis pietati con-
 sulere? num hominem cuius animus, religionis
 pietate defunctus est, defendere, impium erit?
 Est uobis cordi studiorum promotio? succurri-
 te Comiti, & Propugnatori literarum. Vos ha-

beo Testes, ERASMI ROTERODAMI
 memoriam, ob turpem, nocentem, uel flagitiose
 peractam uitam, non lacerari uirtutem uero il-
 li obesse, inuidia ipsum malorum premi. Vestra
 igitur erit ignominia, nisi uos ipsos tanq̄ Aia-
 cis clypeum opponatis, re ipsaq; ostendatis, iure
 uestro, quantum in uobis sit, malorum conatum
 in bonos repelli cupere. Quis enim rabularum,
 non doctissimum quenquam posthac incessere
 audebit, si Philopseudæ huius conatus impune
 habitos uidet? Quis cum uiolentiam huius Phi-
 lopseudæ inultam uidet, à quouis abstinebit? Ob-
 testor igitur uos, qui uel pro minimo clientulo,
 pro leuissimo Mineruæ Alumno non tam ex of-
 ficio, quàm ex innata æquitate, ingētes labores
 suscipere soliti estis, ut in nostro euentu, aliorū
 reminiscetes casus, hīc uestræ uigilantiæ lumē
 præferre, ac præfigere uelitis. uestra enim me
 magis mouet autoritas, quàm propria iniuria.

Nam licet ille rubet, pallet, stupet, oscitat,
 odit.

At non ingenio quæsitum nomen ab æuo
 Excidet.

Hæc

Hæc ERASMVM uestrū uobis loqui fingite,
 mihi interim CLEMENTISS. PRIN. CA-
 ROLVM paucis admonere, etiam rationis au-
 dacia suadet, implorare rei atrocitas compellit.
 Tuū est IMP. OPT. Romanā Maiestatē tueri,
 qui exemplo forsitan Theodosij, Arcadij, &
 Honorij A. A. A. ex innata clemētia, petulantia
 huius dicta contemnenda putas. tamen leges
 antecessorum, omni nisu defendis. Tuum est
 PRIN. SANCTISS. bonos fauore prosequi.
 Tuum est IMP. POTENTISS. iniuria affe-
 ctos ulcisci, legum transgressores, contempto-
 res pœnis afficere. Summa semper petit liuor a-
 troci dente huius farinae homines quid uel ala-
 crius, uel cupidius expectare credendū est, quā
 exitū huius tragediæ? si enim plausum audiunt,
 omnes hanc personā, hanc scenā agere præsu-
 ment. Sit enim licet impudentissimus Philopseu-
 des, Sacricommissum, uel si mauult, parricidij
 crimen sese incurrisse, negare non potest. Vbi
 enim quod sacrum est, uiolatur, sacrilegium cō-
 mittitur. Inquit etiā Prætor, Parricida esto, qui
 l s sacrum

sacrum, uel sacro commendatum uiolauerit. A
 ratione quoque esset alienum negasse, aut infi-
 tias ire uelle, busta, tumulos, rogos, defuncto-
 rum memoriã, inter sacras res omnibus seculis
 non numeratas esse. Iacob, uult sepeliri cum Pa-
 tribus suis. Ioseph, ossa auferri ex Aegypto
 mandat. Aegyptij, quanta insania Regum ex-
 truebant sepulchra? Idanthyrus Scytharum
 Rex, Scythas neque oppida, neque certa præ-
 dia habere, pro quibus pugnare cogeretur. sed
 sepulchra Maiorum tam religiose se tueri, pro
 quibus ne uiolarentur, nullum Scythas certa-
 men detrectaturos esse, Cyro respōdit. Sic qui
 Ioue tonante sagittas in cœlum excutere, Su-
 peris minitari cōsueuerant, qui humana carne,
 nō humaniter pascebantur, inter se habent, qui
 defunctorū memoria potior uidebatur uita.
 Vita autem, quā exceptis, religione, ac uirtute,
 omnibus rebus alijs sit anteponenda. quis neget
 uel hoc exemplo gentis immanissimæ, sacrile-
 gium esse, defunctorum aut famam, aut loculos
 uiolare? Nam uidemus religiosa loca omnia,
 propter id quod in locis seruatur, sacra haberi
 quum

quum è diuerso locus, nullam religionem rei pa-
 riat. Sic totius huius mundi machina, ut homi-
 ni inseruiret, fabricata est. Sic Dei opt. max.
 præsentia, Synai montem sanctificat: ex ea
 quoque Hierosolymarum templum, reuerenti-
 am suscepit. At inquiet Philopseudes, longas
 me habere manus putas: qui uel Bononiæ, uel
 Brixia me agentem, conditorum BASILEAE
 infringere, uel uiolare ais loculos. Inquo, tibi,
 nolis uelis, fatendum est, famam defuncti, mo-
 numentum esse solidissimum: nisi & terræ, &
 marmori plus sensus, quàm immortali animæ
 tribuendum sentias. Perfringe marmor, proij-
 cito terram, spargito putrefactum puluerem,
 lædis: ne saxum? uiolas: ne terram? iniurius es: ne
 pulueri? Quot pœnis igitur statuarius afficien-
 dus? quantis cruciatibus sedulus lixa enecãdus?
 quibus tormentis subiiciendus æditimus, qui ue-
 rustissima depurgat loca sacra? An spiritus ille,
 à quatuor uentis uocatus, qui ingentem numerum
 ossium nudorum, & per campos dispersorum
 (ut Ezechiel ille Diuinus Propheta indicat)
 neruis et carne obducit, hanc colligere non po-
 terit?

terit? Euere, qui in sublimi, an in imo putresce-
 rent, sua nihil interesse iactarent. Nec defue-
 runt, qui combusti cadaueris cinerem in mare
 proijcere curarūt, saltem ut famæ consulerent
 hanc rogam, hanc memoriam, hanc monumen-
 tum, hanc sepulchrum pyramidibus insanis om-
 nibus stabiliorem æstimarunt. quam quidem e-
 tiam Salomon diuitijs omnibus prætulit. hanc
 quidem, omnibus ad tuendam, CAROLE
 PRIN. PISS. cum Leges omnes instant, libel-
 los famosos non leuiter puniri conuenit. Vindi-
 ca igitur, quæso, bonorū æstimationem. liuori,
 inuidiæ, ac nequitiei, ansam amputato calumniæ
 di, uel sinistri conatus. compeſce lusum famo-
 forum libellorū. Tu qui Pacificatoris nomen ma-
 nibus pedibusq; acquirere studes, qui Ecclesiæ,
 qui Reipublicæ Christianæ, qui pijs omnibus
 concordiam ueram reddere, ac restituere cona-
 ris, discordiæ radicem euellito. Nihil magis, si
 qua mihi fides, concordiæ officit, quam seges
 hæc, & seminariū calumniæ. Nulla uirtus, nul-
 lum ingenium tutò emergere audebit, si maledi-
 cendi rabies non compeſcitur, qualicumq; Alia
 autem

autem iniuria afficiatur aliquis, quàm linguæ petulantia, expeditiorem habet actionem. Sed cū obrectationibus figuratis uia patefacta, si inuidiæ debacchandi dicendiq; locus datur non hominibus, emendatio omnis serò uenit. Nā si unilicet, licet omnibus inficiari cōsultò enim ac de industria si qd euomere cupiūt uel è media Barbarie, ex intimis Græciæ regionibus nomē suis scriptis præfigunt. Vt hic noster Philopseudes, qui apud nōnullos iactare solitus est, animi exhilarandi caussa, hæc scripsisse. Mira me Hercle uoluptatis, sed peruersa titillatio, Leges, præscripta, Principū iussa, sacra iura, Dei opt. max. Decreta derisui habere, spernere, præuaricari. Quanta superbia, omnem humanitatē abijcere, omnem pietatem contemnere religionem erga Deum, obsequia in homines nihilifacere nullam benemerendi de quoq; uoluntatem, nullam referendæ gratiæ appetitum habere? quorum primum odibile, alterum immortalibus æquè ac mortalibus maxime inuisum est. Cōstat enim superbiam, esse initiū omnis peccati, quæ primum se ausa est æquare Deo, transgredi iussa Crea-

sa Creatoris, et legē Dei præuaricari. Euidētissimum est signū reprobōrū, superbire, temnere sacra, proximum lædere, defunctos laceffere. quæ res quidem omnes, Deum habent suum ultorem. Et ut utar Homeri uerbis, Philopseudes
 ἢ σ' ὕπεροπλίησι τὰ χ' ἄρ' ὡς θυμὸν ὀλέσῃ.
 Qui autem in tales animaduertere debeat, quis te CAROLVM non uociferatur? Nec in hac re impudentia patrocinari potest Philopseuda, cum simplex sit ueritatis oratio, nullo fuce oblita. Nunquam nisi concepto maleficio, propria occultatur appellatio. Quid enim sceleratius, quàm quod ait, ERASMI se defendere æstimationem? tempus, modus, tum etiam argumentū. Funebri reclamāt orationi. Quid, quod sine aduersario pugnas? nemo enim fuit, qui aliquid de ERASMO uita functo sinistrè scripsit. seipsum satis defendit, cum aura hac frueretur, ac in ipsum aliqui latrarent. lamiam autem,

Notescitq; magis mortuus atq; magis.
 Præterea quosdā iracundiā ipsius tibi retulisse inquis: at ipse dissidij, odij, ac furoris fomitē, in scriptis eius de præhendi pronuncias: est ne

hoc, audita diluere? Certe Lector attētus ex ip-
 sis tuis scriptis facile colligere potest, te hic eui-
 dentissima mendacia in eius calumniā effinxif-
 se. Quicumq; enim alterius famam tutari cona-
 tur, obiecta tantūmodo diluit, nihil adferens no-
 ui, quod contra clientulum facere uideatur. Tu
 nisi nephario cum scelere bene sentire de ERA-
 SMO neminem posse scribis. Recitas fau-
 tores ERASMI, extemplo autem uel doctissi-
 mos apertissimo mēdacio tanq̄ ERASMO infe-
 stos in medium deducis. Introducis personā E-
 RASMI fautricem, quā frigide autem, si ip-
 se aliquid criminis obijcis, defensionē tractat?
 quā temerē argumentaris, si ERASMVVS la-
 cerandus? Ultimo, nonne personam interlocuto-
 riā, quasi iam in inimiciā ERASMI propen-
 sorem, ac à te, ut minus ERASMVVM doleat,
 persuasam demittis? Quid, quod aliqd maius mi-
 nitari uideris? quod cū etiā ab omni æuo probro
 datū sit, ac à Natura alienū, conspirationē bo-
 norū, qua uitia omnia cruciātur, mēte mala tibi
 cōscia, subterfugere sperasti, nominis ueri appe-
 lationem deprimens, ab omni enim ratione alie-

num uidetur hæc tua infamatio. Vidimus enim olim Leonis, ac *Vrsi μονομαχίας*. Vrsus mole corporis iam superior, Leænæ auxilio (quæ mari iam periclitanti emittebatur) occisus est. exanimatum autem, tantum aberat, ut lacerarent, ut etiam, quasi iam uictoria, quàm uincendo moderatiores, in cruentato solo, iacentem hostem attoniti defixis oculis per aliquod tempus intuerentur. Vnde non immeritò memoriã mihi refricabant Ouidij Carminum,

Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni,
 Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.
 Factum igitur hoc tuum, quo hominem frugi,
 bonis bonum Amicum, de optimis ac pessimis
 benemeritum quæ scio tibi nunquã iniuriũ, nec
 inimicum, laceßis, infamas post mortem, nisi
 inanitatis uitio, alij peccato adscribere possum
 nulli. Hinc non immeritò cum tota Germania
 attacta, omnes ordinis homines lacerati sunt
 hoc Dialogo. s. C. huius inclytæ Ciuitatis ne
 uenderentur huius Philopseudæ uirulentie in-
 hibitum est. Quis enim per Deũ immortalem,
 talem Dialogũ, in quo Viri optimi memoria tra-
 du-

ducitur, ad tergendas nates (sic honos auribus)
 uti dignaretur? Quis non libellum hunc, in cloa-
 cam statim abijceret, quum fictum legit titu-
 lum? extemplo enim bonus sua frustratur expe-
 ctatione, qui quum studijs suis aliquid eliciat, li-
 bellum legit, ac nihil inuenit, quàm scriptorum
 ad pietatem & eruditionem refertissimas scri-
 ptas calumnias. Amamus omnes eloquentiam,
 literarum bonarum eruditio omnibus est admi-
 randa. Sunt enim Pacis Alumnae Bonae literae.
 Si quis uero ingenio, et literis abutitur, perditif-
 simus omnium habetur à toto humano genere,
 nec immerito. Nouacula enim, quam ad nitore
 uultus acuumus, scilicet ut hirsutis pilis obsitam
 faciem leuiget, si uulnerat, abijcimus. Hic igitur
 quoque tuum requiritur officium Rector semper
 uenerande, Grynee tua iam appellatur autho-
 ritas, seueritas, fides tua, integritas tua, huma-
 nitas tua poposcitur. Fatemur enim omnes hu-
 ius almae Academiae Alumni, tua iussa nos exe-
 qui, & perferre non moleste debere. nec re in
 ulla sententiam tuam aut abijcere, aut subterfu-
 gere nobis animus est. Nutui tuo et arbitrio sta-

mus omnes, nimirum intelligentes, te nobis o-
 mnibus et debere, et posse opitulari, si quid ad-
 uersi aut iniuriæ nobis infertur. Tibi Reipubli-
 cæ literariæ in hac Ciuitate cura commissæ est
 maxima, ne quid detrimenti accipiat prouidere
 iussus es. iam uide, quod periculū immineat &
 tibi ipsi, & nobis omnibus. Negare equidē nos
 non possumus, ERASMI beneficentiæ, & no-
 mini, & famæ, Hæredibusq; eius plurimū ob-
 strictos esse. infamatur Benefactor, Benefa-
 ctoris Hæres iniuria afficitur. O mirū tenebra-
 rum amorem, si uno Simone Gryneo, qui ad
 Cal. Augusti, dum hæc scribimus, hora sub duo
 decima antemeridiana moritur, orbati, alterum
 huius Academiæ oculum, Amorbachiū ipsum
 quoq; calumniæ conatibus exponemus. O falla-
 ces hominum spes, o uitæ mortalis ludos lubri-
 cos. constitueram pij Viri ultionem pijsimo ho-
 mini Gryneo cōmendare, doctissimi Viri æsti-
 mationē purgandam præbere Viro doctissimo,
 Amico Amicum, Herculi Theseū, Theseo Her-
 culem, ut adcurreret implorare. O somnia men-
 tis, calamus in ipsa atq; eadem linea mihi uerten-
 dus

dus est. Iam resonat calami strepitus, Rector ue-
 nerāde Grynee introrumpit Nuncius pariter,
 heu mortis, omnium, quas ætas hæc tulit, perni-
 ciosissimæ qui ætatis huius decus alterum, Su-
 perum inuidia, nostra propter delicta, ere-
 ptum, madentibus oculis, interrupto singultu
 exclamat. Interrumpendus est mihi, ignosce
 ERASME dulcissime, hic sermo, dandum ali-
 quid dolori. Concurrite, quibus Christiana re-
 ligio cordi est. deflete uos ipsos pariter, qui lite-
 ras bonas optimo homine, infœlicissima hac tẽ-
 pestate destitutas auditis. Hodie claustra agri
 Dominici, septa uinæ Dei Sabaoth perfracta
 sunt. Hodie Pastor bonus gregis Dominici pe-
 ste exemptus est, ut pestis oues inuadere possit.
 Hodie Fata diem illum reuoluerunt, quem ut
 nephastum, æquè ac IIII illam Eidus Iulias,
 Literati omnibus monumentis inscribere pos-
 sunt, et debent. Hodie uires humanarum litera-
 rum, eloquētiae autoritas defecerunt. Concur-
 rite ô huius Academiæ cõsociati omnes, decus
 uestrum, oculus uester, quẽ Deus terris saltẽ o-
 stēdit, extinctus iacet. Lugete, deplorate, uestrã
 m 2 infce-

infelicitatem, ueritatis & literarum amatores
 tenerimi · beatitudini autem pijsimi hominis,
 ut par est, congratulamini. Excidi ô candidissi-
 mi, semita orationis mihi iterum exploranda est.
 O pestilentissimam ingratitude, si qui illu-
 strauit & literas, & hanc Academiam qui pa-
 triam, innocenteis omneis ab iniuria defendere
 conatur, ipse iniuria, nobis spectantibus, affi-
 citur. Tuū erit iā Prorektor doctissime adhor-
 tari, instruere, demū cogere studiosos omnes,
 ut se gratos, pro defensione bonorum paratos,
 ac expeditos, contra calumniam ostendant no-
 ui enim, quod nemo nescit, ingenium tuū plus-
 quam humanum. Quid, quod etiam per sanctē
 iurare ausim, tanti Viri iniuriam æquē ac tuam
 molestissimē ferre non uulgaris enim est in-
 iuria ab eo, à quo nemo telum hoc expectasset
 proficiscens. Deformitatem corporis uidemus,
 pulchritudine animi facile resarciri quis autem
 miserum non aestimat, in pulchro corpore, ani-
 mam spurcissimam esse inclusam? Laudatur in
 multis ingenij acumen, quorum phrasis à pau-
 cis commendatur à bonis autem omnibus reij-
 citur

citur amarulenta facundia, præsertim ea quæ
 benemerentē proscindit. Nulli adeò calumnian
 di pruritus magis uitio datur, quàm illi qui nec
 in Benefactores publicos lingua continens est.
 Non te pudet ô hominum ingratisime, litera-
 rum amatorem literatis literis incessere non,
 Medicinæ Encomiasten? Laudat ERASMVS
 penè Adolefcens Medicinæ studium, Medicos
 omni æuo honorandos esse contendit, ignotus
 ignotos, nec dum natos præconijs eleuat. En
 retaliationem. Hic Medicus, ERASMVM, Se-
 nem, mortuum nunquam satis laudatum, huic
 seculo adhuc uirtute & moribus integris no-
 tissimum uituperat. Nunquam Theologiæ, et si
 ipse quoq; tali laude particeps fuisset, edidit En-
 comium. nec Iurisperitis dictauit panegyrim.
 sola medicina, quam celebraret, sibi uisa est di-
 gna. solus qui se iactat Medicinæ studiosum,
 qui Encomiasten suum etiam mortuum lacera-
 ret, rem dignam esse censuit. quum etiam, si mi-
 ca in illo hominis, alios talia molientes auertere
 debuisset. Sed quo maior fieret iniuria, exem-
 plū auspiciatus est ab omni æuo remotissimum.

Nam licet pleriq; & docti, & boni Viri, æmulatione boni, aut zelo religionis ducti, literis digladiati sint. nullum tamen reperies, qui in mortuum, inimicum scripserit aliquid. Enumera uel doctorum Scripta omnia, nunquam reperies unum, qui inuidiosius in alium, uel uiuum, uel mortuum scripserit. nisi quicum aut simulatio, aut inimicitia, aut æmulatio intercessit antea euidentissima. Te equidem Philopseuda, ab ERASMO læsum unquam fateri, summæ est dementiæ. nam mentionem Philalethis in tot Voluminibus ERASMI nusquam reperi. Iam quantum enitescit & calumniæ & superbiæ tuæ arrogantia, qui etiam ut hunc iniuria afficis, alios bonos petulantia tuæ pari contumelia afficere studes. Igitur ad te dirigatur mea Oratio Amorbachi uenerande, qui à natura, immodica penè es tollerantia. in nullaque uirtute magis Christianus, quam in remittendis iniurijs. Nam licet frugalitate, continentia, eloquentia, tolerantia laborum, integritate, Catoni nusquam sis inferior. Superiorem te nemo negat & in eo, quod omnem

con-

contentionem magis, quàm Cicero ipse abhorres. Licet enim Iuriconsultorum omnium calculo, uel cuius è ueterum Iurisperitentum turba comparare te possimus. tamen tua studia, defensionibus magis, quàm accusationibus accommodata esse nemo negat. Quis autem tuebitur ERASMI mortui memoriam? si tu patière famam ipsius arrodi, nec solum arrodi. sed etiam, nimia hac tua longanimitate, his famosis dieterijs, Philopseudem aliquamdiu gaudere. Ignosce, quæso. maior enim est res, quàm quod Hærede doctissimo, atque disertissimo Viro uiuo, me literatorem, famæ ERASMI audeam profiteri propugnatorem. quamobrem, si Amici, si Patroni patrociniuum suscipis, me non solum de illius Viri uirtutibus silere, sed etiam magnopere letari oportebit. quod ERASMO ROTERODAMO mortuo, eiusmodi, ac ut ita dicam, ferè domesticus defensor contigit. Nam etsi ERASMI laus, nullius adulatione crescat, nullius uituperatione decreseat. & aduersarius, tibi is uideatur, cui responsum non debeatur. licentia tamen

morum, & huius temporis procacitas, uidentur mihi defensionem postulare hanc, utcunq; à me, in hoc munere tuo Vicario susceptam. Suscepi alienas partes, fateor: sed tam alienas, ut nihil ad me omnino eas pertinere dicere possim nunquam. Quid enim bonis literis accidere potest, quod tanquam amator earundem, ad me pertinere non arbitrarer? Video autem ætatem hanc amarulentissimam, aliam, quàm uerborum correctionem postulare: nec conuitia omni tempore, præsertim tam periculoso, plus quàm ad Aras, ut aiunt, dissimulanda: quum Inculpata tutela ad depellendam iniuriam, nec in Sacris literis reprobetur. Velis autem maxime candidè interpretari omnia atra Philopseudæ dicta, accedat statim ingratitude uitium, concoquito quicquid ad te pertinet: saltem proximi, Christiani, pij, probi, docti Viri, Benefactoris, Parentis, & Patroni optimi æstimationem purga. At inquires, cū laruis me luctari iubes: Non stylo, sed iure agas cum nebulone isto leuissimo: quis enim sit Philopseudes, si nescires, diuinarem facile: Sed quid opus Sibylla? à Fortunato

Martinengo, si familiæ uetustatē, nobilitatem, fortitudinem, in bellis ac pacis rebus industriā spectes, fortunatissimo Iuene infornato uero, solo hoc nomine, quod idoneus habetur à Philopseuda, quē suis calumnijs fautorem præfigat quis sycophanta sit hic, emungere potes? Miror enim me Hercle, quum, ut ait Philopseudes, Martinengus ERASMI nomini ex animo faueat qua fronte ipse, literarum amantissimo Principi has uirulentias suas sit ausus dedicare? Mouet me auita Martinengorū pietas, (uæ fundamentum uirtutum omnium à Cicerone prædicatur) ut fidei mihi uideatur alienum, quod hilari animo Fortunatus hic inspektare possit, uel Amici, uel in Republica literaria Principis funus, aut memoriam lacerari. Nouimus enim gētilitiam illam pacis cupiditatem, nam Obrandus ille Martinengus Brixienfis, apud Fridericum I. & Henricum F. A. A. mira industria, quam alij abhorrere uidebatur, pacem, & concordiam Italiæ elaborauit. Nouimus, quantum huic familiæ Reipublicæ tranquillitas curæ semper fuerit. Cū enim Aduoca

ti Rempublicam Brixienſem olim etiam in odi-
 um Martinengorū, Venetis tradidiſſent ſuā pa-
 triam, paulo poſt Reſpublica illa iterum pericli-
 taretur pertinax dolor, iniuria paſſa, tantum il-
 lis animum non inſedit, quo minus in patriæ ſa-
 lutem, inimicitia depoſita omni, noua affinita-
 te cōiuncti, cum inimicis diuerſæ factionis in-
 ſenſiſſimis conſpirarent. non obſtabat nomen
 illud, quod tanta rabie in omnibus Italiæ Ciui-
 tatibus ita deſcendere conſuevit, nec effuſus ſan-
 guis. Velim igitur ô Amorbachi, perſuadeas ti-
 bi, hanc auitam pietatem, adiunctam ſtudijs,
 quū Fortunatus non degenerat religionem, &
 gratitudinem, obſeruantiamq; in luene parere.
 Nouit proculdubio Fortunatus, quid deſun-
 ctorum Manes, quid accepta beneficia, quid di-
 gnitas hominum poſtulent animum à religione
 tam alienū non habet, ut famoſum libellū, Prin-
 cipp. Decretis uirulentias huius, ſacræ Scri-
 pturæ anteponat. Ingratitudine tanta nō obcæ-
 catur, ut magis faueat dentatis chartis, quàm
 Scriptis, è quibus pium, iuſtum, ſanctum, et ho-
 neſtum elici poteſt aliter inſtitutus eſt, quàm ut

Seniorū irrisione, bonorum infamatione, aut illustriū detrectatione gaudeat. Ad coruos, crede mihi, donū tale, ad Clepsydras hilarē hunc datorem mittet quē donis & præconijs suis, ut illustres, & bonos Viros inuidia oneret magis, quā ornēt, uideamus niti. Quid attinet enim Bonuissimum, et Gillium, Ciueis Lucæ insignes, Monachorum inuidiæ propinare? Ad uerbū ediscunt, ac in linguam Italicam, ut Monumenta Erasmi uertantur omnia, cura procurant, ut parem Latine nescientibus, Lucubrationum eius iniiciant auiditatem. Quorsum hæc omnia? nimirum ut bonos Viros, malorum calumniæ obijciat. At inquires, est ne malum distrahere, legere, & amare ERASMI Volumina? Ego quidem, optimum esse iudico. at Philopseudes, illud periculosum affirmat adeo, ut metuendum sit, si suo partium que suarum suffragio subscriberetur, ne Viri periclitarentur. quod quidem à laude tam alienum certè est, quā scelestum est, quod ipse sub honoris specie, bonos sua nequitia traducit. Quid perso

na Arlenij? Diximus antea, quod luuenem candidissimum coruo faciat nigriorem. At inquiet Philopseudes, cognoscit me homo, poterit iurare, si illi iniurius sum, mecum agere. Si læsi famam, actionem habet. Ego autem respondeo, nobis hic Arlenius suam satis defendit innocentiam, relatu suo sinistram de ipso nobis aboleuit suspicionem omnem. Satisfaciet autem, cum ut ipse satis scio, amicitiam nullam tecum inierit qua repulsa, pœnam nullam puto acerbiorem. Nam è bonorum amicitia excludi, quid aliud, quàm talem se præbere, quem totum genus humanum odio habere debeat? Quam pietatem, quam bonitatem, quam uirtutem, quam fidem, quid honesti requiras in eo, quem pij, boni, uirtute præditi, ueraces, & honesti reijciunt? Sed satis iam, satis ô candidissimi de hac causa dixisse uideo. uideo enim indignationem quorundam inardescere, oculos impallescere, ac tanta iniuria, ut par est, non leuiter commoueri. Superest igitur aliud nihil, nisi ut uos, imò Reipublicæ literariæ gnauos omnes, te quoq; studiosam literarum cohortem in primis obtester. ut
iam

lam eam misericordiam, quam ERASMVS
 demeruit, haudquaquam autem implorat, eius
 Manibus impartiamini, à uobis impetrem. ego
 ipse enim etiam ERASMI Manibus repugnant
 tibus, hanc imploro, & peto. Haud minus uero
 digna erit uestra omnium dignissima misericor
 dia, quod in omnium uestra tanti Viri ad mira
 culū usq; docti admiratione, ERASMVS ille
 uiuus, semper eandem prudentiam, eandem co
 mitatem, eandem humilitatem præ se tulit, ac
 retinuit. Etenim si sciolos, & rabulas istos, qui
 maledicentia sua, suum iactant & ostentant
 ingenium, odisse solemus: doctos uero, ac pru
 dentes, se nemini præferentes, non modò ama
 re, illis fauere, sed etiam illis nos debere multū
 confiteri ac quo minus nostros requirunt affe
 ctus, tanto magis nobis commendentur. quid
 debetis inquam, tanquam literarum Professo
 res, tanquam studiosi doctissimo Viro? Possunt
 enim persanctè iurare, hanc ERASMI uo
 cem, in somnis me percepisse. Non est Herold,
 quod te torqueas. sint in omnium ore celebra
 tissimi. sint, qui famam nostram ad nihilum re
 digant,

digant, notent digito omnibus omnes sint admirandi, qui ERASMO oblatrant. modò Respublica Literaria, literarum studia floreat. maior enim erga hanc mea charitas, mea pietas quàm erga me cuiusuis, quiduis meritum esse potest. Cedam, herbam dabo, sine meos labores per eos tamen fruantur & Græcæ, & Latinæ linguæ delicijs dematur uel hoc felicitati meæ, non erit, quod minus beatus dici possim. Sed ô erumnosas, inquit, meas uigilias. Ego cum Iuuenis adhuc Reipublicæ uestræ, contra tyrannidem quorundam Senum, qui in bonas literas undique debacchabantur, me dedi cum Veteranis illis, quorum uires iam ad occasum uergebant, me adiunxi cum studijs bonorum præbui me comitem perennem, arte mea, me unquam peti putarem? Ego cum uescicæ & renuum dolore adeò laborarem, ut nihil ad cruciatum, uel crudelitatem, uel magnitudine accedere posset. tamen uobis Tyronibus, uel quæ ad institutionem studij, morum. Viris probis, quæ ad uitæ rectitudinem pertinerent, exaravi ob hæc ut reus fierem, expectassem?

sem? Ego cum corpusculo tenerrimæ complexionis, rerum mutationis minus patiente, ob in-
 literas amorem, omnes, ac dignissimas denego
 commoditates. mihi metipsum ipse ob literas bo-
 nas iniquior, quanto magis boni mihi æquio-
 res immensis laboribus ualetudinem meam de-
 licatam obruo, ut hoc præmium reportarem,
 credidissim? Vbi nunc literarum autoritas,
 quam enixe defendimus? Vbi literarum stu-
 diosi illi, inquit, qui uel mea industria, uel libe-
 ralitate creuerunt? Vbi studia Amicorum? Vbi,
 qui ERASMVVM, sydus, uel oculum, uel lumē
 literarum clamitabant? Vbi denique illi, qui mi-
 hi in humanis agenti, si quid accidebat, defen-
 sionem parabant? siccine uiuorum meminisse
 sat est? nemo autem uestrum credat ô candi-
 dissimi, ut ego nunc conqueror ea abiectione,
 uel uestram fidem, uel meam operam implo-
 rasse ERASMVVM. apparebat ea maiestas,
 et habitus, quo uel uirulentissimas debacchan-
 tium linguarum calumnias unumquemque re-
 trudere phas est. Eo uultu uidebatur mihi ina-
 nis illa imago, quo quis exactam potentissimis
 orbis

orbis Monarchis, rationē reddere ingenij sui,
 confidentia boni solitus esset. Socratico more
 hæc loquebatur. aiebat, uestrum, atq; doctissi-
 morum omnium beneuolentiam, satis sibi per-
 spectam esse. non malæ uitæ rationem, sed pes-
 simorum conatus ac inuidiam sibi oblatrare.
 Scire se dicebat apud bonos, probos optima
 consequi præmia. Se nihil in uita antiquius ha-
 buisse, quàm quod literas bonas bene promo-
 ueret. Miseriam nullam ei cõingere posse, aie-
 bat, cui ut alios beneficio suo uinciret, studium
 esset. Maximum autem præmium se accepisse
 confitebatur, cum iam quæcunq; scripsisset, ab
 interitu Imperatoriæ Maiestatis Priuilegio iur-
 dicata, in lucem emissa Vindicum suorum dul-
 cissima, ac fidelissima opera cerneret. De me,
 inquit, totus orbis, omnes Gentes, omnis ætas
 sexus omnis loquentur, nulla unquam obmu-
 tescet Vetustas. Quin hoc tempore ipso, quod
 ab inimicissimo inuor, omnes uideo bonos, uel
 nauseam concipere, uel illis bilem commoueri.
 Omitto erectam (quod paucis BASILEA il-
 la inçlyta, ac grata Ciuitas admittit) memo-
 riam,

riam, inſcriptione honeſtatam à Senatu amplif-
ſimo funeris mei peractionem, ac ſummam eo-
rum erga me iam mortuum deuotionem. Quam
obrem

Non deerunt certè, qui cū nihil edere poſſint
Dignum laude tamen gaudent maledicere
ſemper,

Carpendique alios famam uenantur inanem.
Nimirum pauca in terris Deus optima gignit.

Paucis igitur beatus eſſe poſſum.

Omnibus in terris uerſabor, omni in loco mei
nominis habitabit gloria rumpantur licet linui-
do præcordia, aut ilia. Hæc, & his ſimilia uide-
batur mihi mecum eſſe locuta illa imago quan-
to igitur dolore, ô candidiſſimi, diſparuiſſe il-
lam mihi creditis? Nam te, ERASME dul-
ciſſime, quo minus ſatis laudare poſſum tanto
magis dolorem mihi adauget horum præſentia,
quorū animos ſi minus meo luctui habeo atten-
tos, aut Philopſeudæ non admodum indigna-
bundos, iure irasce non poſſum. Nam Patroni,
Heri, Amici ſunt, quos male habeo propitios, ob
ingenij forſitan mei tenuitatem, ac deſenſio-

nis imperitiam. Attamen ô candidissimi, capite
 meo potius luatur hæc imperitia, quæso, modò
 iniquè læsa ERASMI fama, iustam apud uos
 obtineat defensionem iustam erga aduersarium
 extorqueat indignationem, iustam consequatur
 misericordiam. Præclare per Christum me
 cum actum dicam, si qua sinistra fortuna mihi
 ultimam aduexerit pestem, priusquàm uidero
 uos uel hæc nihil curare, aut iniuria tam aperta
 nutare. Nam quæ me consolatio sustentet, cum
 nullum à me amoris, nullum studij, nullum gra-
 titudinis, nullum pietatis officium ô ERASME
 dulcissime, unquàm potuisti percipere? at uel facie
 saltè ne notus mihi fieres, obstitit iniuria fortu-
 næ, quæ me relegauit, auaritate peregrinationis
 ad uirima Sicilia loca nec quàm non multa distan-
 tia loci nos separaret, scælix ille adfuit Genius,
 qui me duceret, quo os illud mellifluum, aspice-
 re potuissem. O me infelicem, cui nec quod fu-
 neri interesset, datum fuit. sed aurium sensus
 in hoc reseruatus integer, ut Funus Viri Con-
 sularis, Viri Clariss. Viri doctissimi ab impro-
 bis audirem calumniari. Nunquam non prom-
 pto

pto animo, etiam sanguinis & uitæ dispendio
 Viro bono, pietas, leges, patriæ æstimatio, bono-
 rum fama redimenda. Nunquam non, si sacra
 læduntur, iura uiolantur, patria, uel infamia uel
 armis oppugnatur, boni male tractantur, etiã ca-
 pitis periculo ulciscendũ. Hoc deniq; mihi depo-
 sco, nã mihi hanc, imo uobis omnibus inustã hæc
 notam duco. nõ abnuo, non recusato uel dimicati-
 one capitis innocentia ERASMI nostri tueri.
 et si gnarus sim ERASMO nostro, hanc no-
 stram conquestionem iniucundam esse. Quis
 enim nescit? esse summã uirtutẽ, ubi liuor, ac in-
 uidia maxime laborant. Vos uos tamẽ appello ô
 candidissimi, qui multis exantlatis laboribus
 feruentissimo animo Reipublicæ literariæ orna-
 menta quæsistis. Vos Veteranos, Tyrones, ac
 Cõmilitones optimos iterum appello uobis non
 modo audientibus, sed etiam arridentibus, sacra
 iura, & patria, & fama Viri integerrimi irride-
 bitur, lacerabitur, infamabitur? Hiccine literis
 natus, literis etiam mortuus, traducetur? Non
 ita Christe optime maxime, non ita nullus ue-
 strũ hoc annuat. Enimvero non conuenit ô in-

1482633

tegerimi, ut tardiores simus ad referendam gratiam, quum ERASMVS noster ad promerendum officiũ tam expeditus fuerit. Ad defensionem unius, parate uos o Commilitones optimi, uniuersi cum ne in Barbarie omnes uos uitam traduceretis, solus, etiã infensis potentissimis quibusq; prouidere nõ dubitauit. Etenim in hoc solum est editus Dialogus hic famosus, ut an ad defendendum animus, æstimationẽ doctorum Virorum an ad omnes calumnias obmutescendum, uobis persuasum sit, eliciatur. quæ quidem taciturnitas, non leuiorem ingratitude notam uobis inureret. quàm splendidum nomẽ, huius Philopseudæ ultio, & in bonas literas, earumque Altores pietas uobis comparabit. ad quam cum uos omnes uidero alacriores, ut uolui si autem de uobis, me mea

fallit opinio, ut potui,

DIXI.

APVD ROBERTVM VVINTER,
BASILEAE AN. M.D.XLII.

